



**D. Ioannes Evangelista. Rodolphi Gwaltheri Tigurini in  
Euangelium Iesu Christi secundum Ioannem Homiliæ  
CLXXX.**

**Gwalther, Rudolf**

**[S.l.], 1568**

**VD16 W 1038**

5. Conualuit Christi verbo, qui membra solutus Duxerat in morbo tempora  
longa graui. Accusant scribæ, sed se Patris ille tuetur Exemplo, atq[ue]  
hostes arguit inde suos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71827](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71827)

Restat huius narrationis conclusio, quæ talis est: Hoc rursus secundum signum edidit Iesus, cum venisset ex Iudæa in Galilæam. Quibus verbis primò Iudæorum pertinaciam arguit Ioannes, qui ne signis quidem commoti sunt, cum Samaritæ Christi verbis crediderint: Imò cum tam præclaro signo edito, solus regius iste cum domo sua credat, tota Sichemitarum ciuitas nuda prædicatione constructura, Christum seruatorem agnouit. Erat hoc non obscurum præludium repudij Iudæorum & vocacionis gentium: quod alibi quoq; annotauimus. Deinde Christi quoq; bonitas nobis commendatur, qui etsi sciret se non multum proficere apud eam gentem, non destitit tamè docere & signa edere: mirū vt pauculas illas reliquias seruaret, quas ex Iudæis saluas fore propheta prædixerant. Sunt igitur apud Deum electi in magno pretio, neq; eos inter sceleratorum turbam Deus negligit sed vt gemmas ex luto maris fundo in lucem filij sui extrahat. Versemur nos diligenter in horum consideratione, & fidem nostram exerceamus sedulo, vt in ea confirmati cum Christo olim in cælis viuamus: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

## CAPVT V.

## H O M I L I A XXXIIII.

Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam, Est autem Ierosolymis ad Probatam piscina, quæ nominatur Hebraicè Bethesda, quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna ægrotantium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aque motum. Angelus enim descendebat certo tempore in piscinam, et turbabat aquam. Itaq; qui primus descendisset post turbationem aquæ, sanus fiebat, à quocunq; detineretur morbo. Erat autem quidam illic tricesimum octauum annum agens in infirmitate. Hunc cum uidisset Iesus decumbentem, et cognouisset, quòd iam multo tempore laborasset, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei infirmus ille: Domine nullum habeo, qui cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: sed interim dum ego uenio, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatum tuum & ambula. Et statim sanus factus est homo ille, ac sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo.

**P**OST QUAM Ioannes priuata Iesu Christi colloquia exposuit, quibus primò Nædemum, deinde Samaritanam mulierem in vera salutis cognitione erudiuit: transiit nunc ad eius conciones publicas, quibus disertè omnes docuit, qualem ipsum agnosceri debeant, & quid in illo pater cælestis exhibuerit. Et hoc quidem Cap. disputatio describitur contra Iudæos, quæ demonstrat, se verum esse Dei filium & vitæ auctorem, cui ipse pater vna cum Mose & prophetis testimonium perhibeat. Præmittitur autè huic disputationi signum restituti paralytici, quod modò recitauimus, cuius triplex usus est. Primò disputationi occasionem præbuit, & populum ad illam audiendam attraxit. Itaq; in nobis quoque attentionem excitare debet, vt postea Christum de sua deitate differenter maiori studio audiamus. Secundò redemptionis nostræ typum habet, cuius nobis auctor est Christus: & comòdè præmisit hoc, vt reipsa se eum esse doceret, quem postea se esse profiteretur. Id enim ad declinandam arrogantiam suspitionem apud rude vulgus plurimum faciebat. Postremò multiuariam seruit nostræ institutioni. Docet enim fidem in Christum, patientiam in morbis & quouis afflictionum genere, charitatem & reliquias virtutes, quas fides ex sese generare solet. Est ergo historia hæc multis nominibus digna, cuius singulas partes diligenter consideremus.

Orditur à temporis notatione Ioannes, & diem festum Iudæorum fuisse dicit. Hunc pleriq; Persecosten interpretantur, quando iam messe aut facta aut feruente (cuius mentionem fieri audiuimus in primo

Miraculi huius  
us.

Christus ad se-  
stium redit Iero-  
solyman.

in precedenti cap. panes propositionis ex nouis frugibus offerebantur. Sed nihil certi hinc statui potest, neque multum refert illud scire, quin potius Christi morem obseruemus, qui dies festos diligenter obseruauit, cum ut legi satis faceret, quae illos seruo commendabat; tum ut in maiori populi frequentia ipse pluribus innocesceret, & salutis doctrina latius diuulgaretur. Nec enim ex eorum numero fuit Christus, qui tenebras querunt, & (ut Paulus postea de nouissimi seculi impostoribus dixit) familias subeunt, atque simpliciores suis figmentis inescando ecclesias occulte turbant. Est autem hoc ingens bonitatis & mansuetudinis argumentum, quod non uocatus ad eos sponte redit, quorum insidias & machinationes non multo ante declinare coactus fuerat. Exempla huius generis alibi quoque multa habentur, & in nobis frequenter hanc bonitatem experimur, quando à nobis turpiter reiectus, per uerbum tamen suum ad nos redit, & suo spiritu animos nostros excitat, ut de salute nostra seruo cogitemus. Consoletur nos hac Dei facilitas, ne de salute nostra temere desperemus; simul uero officij admo neat, ne improbo & pertinaci contemptu nosmetipsos ab omni gratia simul & regni Dei hereditate excludamus. Imitemur praeterea Christi exemplum, & ipsi quoque facile in gratiam redeamus cum ijs, qui nos aliqua in re offenderunt: deinde assidui quoque simus in ijs, quae ad Dei cultum faciunt, & illum pro uirili propagationem.

Secundo locus describitur, qui signo occasionem praebuit. Erat ad probaticam, siue forum pecuarum, aut locum in quo sacrificijs destinatae oves afferuabantur, piscina, quae ab aquarum effusione per canales Bethesda dicebatur. Hanc certis temporibus turbabat angelus Domini: quo facto, quicumque primus in eam descendebat, is sanus fiebat, à quocumque morbo detineretur. Cungebatur ergo quing. porticibus, in quibus innumera agrotantium turba iacebat, qui omnes hunc aquae motum solliciti expectabant. Erat hoc singulare Dei beneficium, quo suum erga populum istum fauorem ad huc declarare uoluit, ne se ab illo in uniuersum derelictos putarent, cum amissa libertate duro Romanae tyrannidis iugo premerentur. Et diebus festis istud fiebat, ut cultum suum Deus commendaret, quo minus hoc relicto ad gentium superstitiones desisterent. Admonebat praeterea hoc miraculum, instare iam tempus Messiae, qui aquas illas saluatas effusus esset, quas in prophetis olim Deus promiserat, & de quibus cum Samaritana Christus nuper disputauit. Arguitur autem hoc loco detestabilis & execranda Iudaicae gentis ingratitude, quando nemo inter illos inuentus est, qui tantum Dei beneficium scriptis mandaret, ut posteris quoque, aut etiam Iudeis iam tunc in omnes gentes dispersis inuocaret. Cuius rei non aliam causam adducere possumus, quam quod hoc omne uel fortuito, uel ex naturae ordine fieri putarint. Verum, tamen stuporem plus quam belluinum arguit. Nec iam mirum nobis uideri debet, quod in ijs adeo socordes fuerunt, quae regni Dei mysteria attingent, cum hoc singulare Dei opus tam turpiter neglexerint. Sed utinam in illis solis haec culpa haereret, & non hodie etiam huius generis exempla passim conspicerentur, quando plerique quotidiana Dei beneficia & singularia iudiciorum eius specimina oscitanter contemnunt, quibus ille scelera hominum & uerbi sui odium punire solet.

Piscina ad probaticam.

Obseruabis autem non temere annotari ab Euangelista, quod angelus Domini descendit, & Angeli opera aquam commouit seu turbat, ut salutaris fieret. Ita enim docet, nihil hinc ex naturae ordine factum esse, sed hoc omne Dei opus fuisse, qui angelorum ministerio uti consueuit, sicuti non uno loco scriptum est. Et licet hoc singulare fuerit diuinae uirtutis specimen, ex eo tamen generalis doctrina peti debet, nihil beneficij ex omnibus ijs ad nos redire, quae in nostrum usum creata sunt, nisi Deus uoluntate dispensauerit, ut alijs quidem salutaria sint, alijs uero inuilia, uel etiam noxia. Elucet hoc euidentissime in thermarum & totius medicinae usu, & ibi quotidianis exemplis comprobatur: quorum hic nobis usus esse debet, ut Dei bonitatem agnoscamus, qui omnes creaturas in nobis iuuandas occupatas esse uult, & per externa haec nos in celestium beneficiorum considerationem subuehit: deinde iisdem recte utamur. Vbi primò cauere debet, ne externis aut creaturis tribuamus quod solius Dei est. In hoc enim Asa peccauisse legitur, quando ex pedibus laborans, non Deum, sed medicos consuluit. Deinde Dei beneficentiae memores, ea non abutamur ad illicitas uoluptates, aut ad fouendam carnis libidinem. Quae in re hodie uulgo peccatur quoad cibum & potum, cum multos reperias, qui quasi ad edendum & bibendum nati sunt, in nullo alio honestiori exercitio occupantur;

neq; edunt & bibunt ut uiuant, sed uiuere se arbitrantur, ut fruges inutiliter consumendo carnalis  
centiam foueant. Singularem uero hic reprehensionem meretur ihermarum abusus, qui cum aliis  
tum in Germania nostra passim obtinuit. Elucet in illis ineffabilis Dei bonitas, qui illis calorem na-  
turalem & vim medicam tribuit, qua homines à morbis difficillimis non magnis impensis & mini-  
mo labore curari possunt. Debebant ergo omnes Dei beneficiū agnoscere, & huius consideratione ad  
gratiarum actionem & pietatis studium accendi. Quid uero sic? Qui ihermarū usum minime opus ha-  
bent, ad eas ferē cōfluunt, ibi diuitias suas ostentant, belluantur, libidinantur, ludunt, & tam Dei  
ipsius quā cōmunis hominū sortis obliti, morū licentia multos offendunt, et tam sibi ipsi quā alijs  
grauissimorum morborū auctores sunt. Qui si cogitarent, ihermas diuina uirtute commoueri, & in  
bis saluatae sint, nunquam sese pessimis suae carnis affectibus eō usque abripi paterentur.

Christus No-  
dochia publica  
ingreditur.

At non minus consideratu dignum est, quod porticus illas, in quibus innumeri, claudi & diurni  
diurnis morbis contabescens decumbebant, & publicum quodammodo exhibebant humana mi-  
serie spectaculum, Christus ingreditur. Quod si causam quaeras, cur hoc fecerit, non alia potest in-  
di, quā quod aliquos iuuandi & seruandi occasionem quaesuit. Et recte quidem, quia medicum se  
esse alibi proficitur, & nostrae salutis ergo in mundum uenerat. Neque hic nobis quisquam obijciat:  
Cur ergo non omnes simul curauit, qui illic decumbebant? cur ex tanta turba unum modo delegit,  
quem sanum faceret? Etsi enim hunc unum non rogatus curauerit, in hoc tamen reliquis omnium  
suam uirtutem declarauit, & illis quoq; ad se ueniendi & salutē cōsequendi occasione dedit, qua illi  
uiri poterāt. Seruat autē exemplū hoc cōsolationi in quauis tentatione. Nā, ut modo diximus, non in  
illas tantū porticus uenit Christus, sed in mundū hunc uenit, in quo ceu publico nos doctio totū hu-  
manū genus letalibus peccatorū morbis laborans decumbebat, & in quo pereundū erat omnibus, nisi  
medicus aliquis actū opem afferret. Hanc itaq; ille nobis attulit, & unico suae mortis remedio ani-  
marū morbos omnes prostrigauit, & resurrectione sua mortē ipsam deuicit, cōfessione autē calos nobis  
aperuit, & in illis locis parauit, ubi cum ipso uita & beatitudine aeterna fruamur. Nulla ergo nobis  
restat lamentandi aut desperandi occasio, quibus medicū manū Christus ipse adhibet. At simul illius  
exēplo nos officij nostri admoneri cogitemus. Nō fastidit mirabilem agrotorū & tabo sicūtiū terrē  
odore porticus istas implentū turbā Dominus, sed medicū se illis infert. Cur ergo tu uel agrotus facti-  
dus, uel egenus, & pauperes contemnas? Quin dum illos lacervis pannis obritos, & uiceribus sanatus  
oculis nostris Deus ingerit, eius bonitatē agnosce, qui te nō modō ab illorū sorte miserabili exemit, uer-  
rum etiā nunc horū cōspectu te excitat, ut & illi gratus sis, & in illos beneficentiā exerceas, qua-  
lim aeterna uita gaudijs cōpensabitur. Querit Christus, quorum morbis medeat, & quibus benefa-  
ciat. Quā ergo excusationē inuenient, qui à miseris requisiti, illis charitatis Christianae officij negant?  
Quid uē de ijs ille iudicabit, qui auaritia & ambitione inflammati, querūt quos usurarijs artibus cir-  
cūuentos ad egestatē redigāt, uel etiā uolenter spolient, aut intra suos parietes in exorū & delin-  
sitorū liberorū cōspectu crudeliter occidat? Sunt haec hodie illorū exercitia, qui Christi nomine glo-  
riantur, sed nunquā ille pro suis agnoscat eos, quos à suo ingenio & moribus tam alienos esse uiderit.

Agroti de-  
scriptio.

Tertio loco agrotus describitur, in quo signū hoc Christus edidit. Concurrūt in hoc omnia, quae  
ad extremā hominis miserā faciunt. Nam etsi non exprimat morbi species, talis tamen fuit, qui  
toto corpore debilitato omne membrorū usum illi ademerat. Idem ueritate & diuinitate incur-  
bilis factus fuit, cum iam annis triginta octo durauisset. Adhaec se omni hominū seruitio suae auxilio  
destitui ipse postea queritur: quod argumentū est extreme egestatis, quae si morbis accedat, illorū pla-  
ne intolerabiles reddit. Sed & inhumanitatē Iudeorum arguit, qui spretis Dei legibus pauperes in  
publico iacentes negligebant. Accedit his, quod cum tot annis decubisset, toties se sua salus fuit,  
quoties aquam ab angelo turbati, & aliquē ex illa sanum redire uidebat. Quid ergo aliud restabat,  
quā ut spe omni abiecta, se omnium mortalium miserissimū, & non ab hominibus modo, uerum etiā  
Deo derelictū esse clamaret? Et poterat hanc cogitationē illi facile suggerere propria cōscientia, cum  
hos cruciatu sceleribus suis cōmeruisset, ut suo loco audiemus. Faciunt autē haec omnia ad miraculū  
amplificationem, & Christi potentiam nobis cōmendant, ut ex ea ipsi quoy cōsolationē peramus, &  
quid simile nobis etiā contingat. Nec enim à Deo deserti sunt omnes, qui in humanis nihil sperant,  
qui habent. Imò tunc ferē Deus suam manū quasi è caelo exerit, & se afflictiorum uindicta & re-

scire esse ostendit. Quod si opē aliquandiu differre, nostro bono illud facit, ut fidem nostram exerceat, patientia item exempli præbeat alijs, & tandem suam gloriam in nobis illustret, quam nostra vel licentia vel negligentia prius ipsi in contemptum adducimus. Apparet hoc in multis exemplis cum veteribus tum novis, quæ singuli sibi ipsi applicare debent, ut in fide confirmentur.

Porro accedamus ad ipsum miraculum, in quo edendo singulari diligentia usus esse videtur Christus, ut nos ad eius considerationem excitaret. Intercedit enim illi colloquium cum egrotō perquam amicum, cuius singule partes ad nostram institutionem faciunt. Primò ipsum cōpellens Christus, interrogat num velis sanus fieri? Ridiculum, inquit, cum non aliam ob causam eo in loco decumberet. At non ridicula nec leues sunt huius questionis cause. Initiò enim eos mendicos perstringit, qui curari non cupiunt, cum ex morbis questum faciunt: quorum hodie magnus est numerus inter errores, qui sub egestatis prætextu per omnes terras vagantur, homines verè ætætrai (ut à Paulo vocantur) cum nullis vel ecclesie vel reipub. legibus teneantur, indigni plane, quos respub. Christiana naserat, cum & Deo & hominibus impudenti morborum ostentatione illudant, quos vel ipsi sibi malelitiose accersunt, vel etiam mendaciter simulant: ad hæc sacrilega fraude elemosinas, quæ pauperibus Christi debentur, interceptant, et insuper nomen Christianum Turcis & Iudeis deridendū propinent. Ab horum igitur grege suum illum eximit Christus, ne beneficium hoc in ralem contulisse videatur. Deinde vult ut ipse suam miseriam narret, & ita plures ad tanti miraculi considerationē excitentur: quod factū opus fuit, cum inde disputatio de Christi divinitate enata sit, quæ vix alibi clarus asseritur. Præterea hoc querendo salutis desiderium in illo accendit, & ad preces eum excitat, quas vix à nobis Deus requirit. Et est hoc novum bonitatis Dei argumentū, quod cum miseris totū obruti vocem ad illum attollere non possumus, ipse nobis precandi occasiones & vires suggerit. Interim meminerimus nobis quoq. opus esse ardentis salutis desiderio: quando sine hoc neq. pietatis studium neq. preces apud nos possunt locum habere. Profitentur quidē illum omnes homines: sed plerq. in hac re se ipsos simul & alios fallere ex eo patet, quod pauci sint, qui interitus & damnationis causas abominentur atq. fugiant. Sunt hi similes mendicorum, de quibus paulo ante diximus. Vt enim illi morbos suos sibiliter prædicant, quod plures colligant elemosinas, medicos tamen non admittunt, imò ipsi sibi morbos accersunt & augent: Ita isti salutis æternæ se cupidos esse profitentur, omnia verò faciunt, quibus illa impeditur, & quæ nobis ad damnationem viam sternunt. Singuli ergo hanc questionem sibi ipsi accommodent, adeoque seipsos interrogent: vis ne saluus fieri? An serio teneris salutis per Christum questæ desiderio? Excipient hanc questionem mox aliæ, quibus nos Christi spiritus ad veram salutis viam capeffendam excitabit. Suggester enim animis nostris: Cur ergo non audis euangelium? Cur vocantem te Christum non accedis & sequeris? Cur in superstitionibus hæres, quæ ipsius merito derogant? Cur thesaurum tibi in terra quæris? Cur scortaris, mæcharis, belluaris, defraudas, occidis? &c. An nescis scortatores, adulteros, ebriosos, iniustos, homicidas, regnum Dei adire non posse? Hæc (inquam) & multa huius generis succurrent nobis, si examine tali in nobis ipsi utamur. Sed o miseris nos, qui vix manifestis Dei iudicijs excitamur, ut verum salutis desiderium animis nostris concipiamus.

Christum egrotum de salute interrogat.

Quid verò egrotus? Non agnoscit Iesum, & fortassis non aliud maius ab illo officium sperat, quam ut eius opera in piscinam mittatur. Ita autem responderet, ut singularem modestiā in illo agnosceret. Nec enim diem suæ naturæ atq. deouoet, quod Iobus olim fecisse legitur: non Dei iustitiam aut illius nimium rigorem accusat, qui præter meritum tam crudeliter ipsum affligat: non de sui populū inhumanitate queritur, qui ipsum tot annorū curriculo neglexerat: non item inuidiose de illis loquitur, qui ipsum hucusq. in piscinam ingressurum præuenerant. Sed simpliciter exponit, quid ipsum hætenus impediens, quò minus ex piscinæ miraculo sanus factus sit. Domine (inquit) nullū habeo, qui cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: sed interim dum ego venio, alius ante me descendit. Quid obsecro modestius & in tali casu minus amarulenter dici poterat? Tantum nunc in hac schola iste projecit: in quā propter peccata detrusum fuisse postea audiemus, & quia eò vsq. progressus est, instat tam tempus liberationis, quæ ipsi cum primis gloriosa obrigit. Est ergo hoc admirabilis patientie exemplum, cum quo si nostros mores conferas, qui in afflictionibus cuiuscunq. generis immam pecculantia Deum & homines accusamus: mox videbis, quā indigni adhuc simus, quibus Deus opē se

Aegroti modestia & patientia.



rat. Hanc itaque imitemur, quando nulla grauis & iusta causa est, qua nos aliter facere cogat. Cui enim Deum accusamus, qui si suo iure vteretur, eterno exitio nos deuouere poterat? Cur proximo, quando ne illi nobis quicquam absq; certo diuinae prouidentiae consilio nocere possunt? Peccant quidem illi, & suas olim pœnas dabunt; at Deus illorum peccato ad tuam malitiam castigandâ bene vult, cuius iudicium patienter ferri debet. Cur verò alijs sortem meliorem inuideamus, quando illi diuinae bonitatis thesauros minime exhauriunt, quò minus nobis etiam ille benefaciat? Vel num oculum tuum malum esse patieris, quia Deus bonus est?

Christus aegro-  
to medetur.

Sed ad Christum redeamus, qui hunc mox miraculose curat. Dicit enim illi: Surge, tolle grabbatum tuum & ambula. Et quod iubet, illicò perficitur. Fuit hoc vera restitutionis iudicium, in quo diuina Christi virtus & promissi redemptoris maiestas euidentissimè relucet. Qui enim morbis humana ope incurabiles verbo suo pellere potest, Deus verus sit oportet, qui vitæ & mortis imperium habeat. Additur, hoc factum esse in die sabbati, eò quòd inde sequentis dispensationis occasionem Iudei arripuerunt. Nunc meminerimus, hoc miraculo còmunis nostre redemptionis typum contineri. Eadem est enim omnium nostrum, qua huius aegroti, conditio: quando primi parentis lapsus peccati in omnem posteritatem inuexit, & nobis omnes bene agendi vires abstulit, deniq; eò miseria detecit, ut nec humana nec angelica ope restitui possumus. Ut ergo huic, ita nobis quoq; diuinitus salus obtingat, & quidem ex gratia, qua nos Deus prouenire solet. Modus autem salutis in Christo còtinetur, qui suum meritum atq; virtutem nobis per verbum suum applicat. Nostrum verò officium est, salutem vera fide amplecti, ex peccatorum luto surgere, corpus peccati (quod per grabbatum adumbrari, Augustinus annotauit) in Dei vocatione patienter ferre, in eiusdem vijs ambulare, & sabbati æqui perpetuū in innocentia vitæ & sincero pietatis studio, donec nos ad celestis regni hereditatem Christus Iesus transferat; cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

## HOMILIA XXXV.

Dicebant ergo Iudæi ei qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabbatum. Respondit eis: Qui me sanum fecit, is mihi dixit: Tolle grabbatum tuum & ambula. Interrogarunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabbatum tuum & ambula? At qui sanatus fuerat, nesciebat quis esset. Iesus enim euaserat è turba, quæ erat illo loco. Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit ei: Ecce sanus factus es, ne amplius pecces, ne quid deterius tibi contingat. Abiit ille, & nuntiavit Iudæis, quòd Iesus is esset, qui eum sanum fecerat. Et propterea persequebantur Iesum Iudæi, & quærebant eum interficere, quòd ista fecisset in sabbato.

**M**iraculorum Iesu Christi omnium hic finis & scopus est, ut diuinam eius virtutem euoluamus. Apparet hoc euidenter in eo, quòd prima huius Capituli parte describitur. Quia enim miserum hominem à morbo inueterato liberat, qui hactenus nulla vel hominum vel angelorum ope potuerat curari; satis docet, se humane nature seruatorem esse, qui à peccatorum laqueis liberat os non uiribus instruat, ut salutis viam ingrediantur. Deinde quia in sabbato hoc facit, & eo facto de illo disputandi occasionem captat, aperte innuit, iam adesse tempus illud correctionis, quando externa hec omnia aboleri, & omniū mentes ad ipsum conuerti oporteat, ut Deū in spiritu & veritate adorem. Porro sequitur, ut hoc signum Iudæi acceperint, quid item hoc beneficio accepto fecerit paralyticus. Quo loco incurabilis hypocritarum & hostium veritatis malitia elucet, simulq; docemur, quid nos scire conueniat, qui in Christo salutis æternæ heredes facti sumus.

Iudæi paralytico curato obstrepunt.

Principio Iudæi eum, qui sanatus fuerat, publice reprehendunt, quòd in humeros sublato grabbato discedat. Ratione allegant, quia sit dies sabbati. Habent ergo sue reprehensionis aliquam speciem honestam & æquam. In lege enim expresse prohibuerat Deus, ne quod opus seruile hoc die fieret. Et

Item.

Jerem. 17. cap. disertis verbis edicitur, ne quod onus tollant in die sabbati ad gestandum per portas Ierusalem, & ne quod onus efferant è domibus. Præterea apud Ezechielè 20. 22. & 23. cap. sabbati prophanatio inter Babylonicæ captivitatæ causas numeratur. Videntur ergo isti non malè facere, quòd istum reprehendunt. At si rem ipsam cum omnibus suis circumstantiis expendamus, illos multatariam peccavisse patebit. Primò enim non rectè iudicant de sabbato, & in ocium modò externum inveni, illius finem & scopum non obseruant. Erat is ipsius hominis sanctificatio, quæ in eo consistit, vt homo se totum Deo addicat, nec quicquam faciat, quàm quòd ad Dei cultum & gloriã perueniat. Quòd vt comodius fieret, à reliquis operibus cessare & sanctum ocium agere iubebantur. Ne ramentum in eo sanctimoniam suam consistere putarent, Deus per Ezechielè disertè monuerat, se vnicum eius auctorem agnosci debere, externa autè hæc sanctificationis veræ signa tantummodo esse. Sic enim Cap. 20. loquitur: Sabbata mea dedi eis, quæ essent signum inter me & inter eos, vt scirent quòd ego Dominus qui sanctifico eos. Itaque cessatio ab operibus servilibus non causa sabbati finalis erat, sed ideo instituta erat, ne per illa à verbi Dei meditatione & alijs sacris exercitijs abstraherentur. Pater hoc ex eo, quòd in sabbato pecora adaquare & vrgente aliqua necessitate periclitantibus succurrere licebat: quòd uem facerdoes victimas mactabant, carnes secabant, ligna in altari struebant, intestina abluebant, circumcisionè administrabant, & alia eius generis officia laboriosa valde obibat, nec tamè violati sabbati accusabantur, eò quòd hæc omnia ad Dei cultum facerent. Ceterum Iudei neglecto eo, quòd præcipuum erat, omnè sabbati sanctificationè in ignauo & superstitioso ocio consistebant. Quæ causa fuit ineprijsimarum traditionum, quibus Rabbinæ religionè Iudaicã & à Deo traditos ritus, gentium ludibrio exposuerunt. Non possunt ergo isti excusari, quin superstitiose nimis egerint, dum huic grabbatu gestanti negotium faciunt. Deinde dum religiosi videri volunt, impij in Deum sunt: quia opus prohibent, quò illius gloria quàm maxime illustrabatur: cum interim multa impune fierent quotidie, quæ in nominis diuini prophanationem tendebant. Ita hodie sub religionis prætextu vera pietatis exercitia prohibentur, non prohibentur autè supra, adulteria, yfura, exortationes, & infinita alia scelera, quæ Christianam religionè Turcis & Iudeis suspectam & exosam reddunt. Tertio inhumanitate peccant, quando tot annorum spacio decumbentem neglexerunt, & nunc cum aliena ope restituito congratulari deberent, ipsi inuidiose obstrepunt. Accedit huic omnibus pertinacia, quòd audita eius excusatione, quæ grauisima ratione nicebatur, adeò tamen non cedunt, vt magis etiam exacerbentur, & de Christo occidendo cogitent, qui grabbati gestatione sabbatum violari clamabant. Est hoc ingenium hypocritarum, quòd circa res minimas occupati, præstantiora negligunt, & cum religionis studio glorientur, verum cultum Dei quàm maxime impediunt. Et quia iam suis superstitiombus metuunt, quas ardenti zelo tueri solent, simul crudeles fiunt & sanguinarij: adeò vt hominem iugulare, imò regna tota ciuilibus armis turbare, ipsis lusus videatur, modò suos errores tueantur. Hinc fit, quòd nullis rationibus aut signis emendari possunt, quin ipsi Deo se audacter opponunt, licet illius manum quasi celo exercitam esse videant. Posset hoc multis exemplis demonstrari, sed illis minimè opus est, cum rabies ista hodie passim grassetur. Excitemur ergo ad vigilantiam, & veritatis causam eò constantius tueamur, quò magis illi furiant.

Quid verò hypocritæ respondet, qui sanatus fuerat? Qui me sanifici, is mihi dixit, Tolle grabbatum tuum & ambula. Breuis responsio, sed qua nihil comodius aut prudentius excogitari poterat. Nec enim negat quid illi ex lege de sabbato obijciebant, sed illis Christi auctoritatè opponit, & huic licere docet, vt de lege ista pro suo arbitrio dispensee, & ideo se illi diuersum iubenti merito obtemperare. Argumentum ita formari poterat. Quicquid à Deo missi ex diuina auctoritate aliquid præcipiunt, ipsos obedire decet. At qui me grabbatu tollere iussit, à Deo missus est, & talia mandandi auctoritatem habet. Ergo illius iussus ego rectè obsequor. De maiori quæstio nulla erat. Minorè verò præsentis facti probat, quando se ab illo sanatum esse docet, & ita quidem, vt in ipso virtutè humana maiorem agnoscere cogatur. Ita verè ingenuè fateatur beneficium Christi, & se illi obedientiã debere publice testatur. Quæ ingenuitas eò maiori laude digna est, quòd Christu de facie nondum nouerat, neque hunc Iesum illi esse sciebat, de quo passim sermones ferebantur. Quo exemplo docemur, quid eos deceat, quibus salutare Christus contulit. Agnoscant & fateantur ab illo acceptu beneficium, & eiusdè obedientia se totos submittant, neque morentur impioru calumnias, qui Christo suu in ecclesia ius atq; ho-

Luc. 13. & 14. 10. 11. 7.

Paralyticus Christi auctoritate se tuetur

... cogat. Cap  
Cur proximo  
Peccant quide  
... bene videntur,  
... illi dicitur  
... num oculum  
... colle grabba  
... in quo di  
... morbi bo  
... imperium  
... occasionem  
... pum contineri  
... lapsus peccati  
... eria dicitur, vt  
... salus obtingit,  
... cõimetur, qui  
... um est, saluū  
... umbrari, Au  
... sabbati agri  
... editatem Ciri  
... men.  
... licet  
... hibi di  
... Quia  
... At qui  
... que e  
... sanus  
... hñt ille,  
... Et pro  
... ficere,  
... erentem ex illi  
... lo vno colloce  
... enim miserem  
... m ope potuerat  
... at os nonis vi  
... factu de illo di  
... do externa bes  
... ritate adormet  
... ic paralyticu  
... ur, quid mis  
... ublato grabba  
... gnam speciem  
... die fieri. Et  
... Terro

norem invident. Est enim hæc sufficiens ratio, qua omnes illorū obiectiones diluantur, si illius manū datum posimus prætere. Hunc enim Deus regem constituit in Zione, monte suo sancto; hunc nos audire iussit voce cælitus delata: huius tantam inter homines auctoritatem esse vult, ut reges quæ ipsū exosculentur, & illius iugo colla submittant. Huius ergo auctoritate pugnemus adversus eos, qui nefas esse putant superstitiones à medio tollere, missas & imagines profigere, cælibatum monasticum & ciborum discrimina abolere, euangelij doctrinam & legitimum sacramentorum usum restitueri. Respondeamus illis: Qui nos sanos fecit is nos ista facere iussit, & huic nos obedire oportet magis quàm hominibus. Quòd si cui huius auctoritas sordeat, na ille indignus est, quo cum plura verba commuentur. Sed ò deploratam nostri temporis conditionem: Non nouerat adhuc Iesum homo iste, & tamen eò usque profecit, ut hoc argumento utatur. Hodie autem, cum Iesu Christi nomina omnes propè gentes gloriantur, rideri tamen solent & explodi, qui illius auctoritate contra manifestos errores, imò etiam contra scelera & publicam morum corruptionem dimicant.

Iudæi calumniantur Christi factum.

Sunt hi Iudeorum similes, de quibus hic agitur, qui & ipsi rationem hanc non modo non admittunt, sed ea audita animorū suorum malitiam aperitius produunt. Cum enim debuissent interrogare, Quis ille, qui te sanum fecit, & eo facto se diuinitus missum esse probauit? Offende eum nobis, ut ipsi quoque per illum seruemur, &c. Sic potius aiunt: Quis ille homo, qui te iussit grabbatum tollere? Inuidiose hominis vocabulo utuntur: quasi dicerent: Deus, ne quid tale fiat, prohibuit. Quis ergo ille homo tam audax, tam impudens & impius, qui diuersum iubendo diuine auctoritatis se opponit? Ita verò astute dissimulant quod in Christi facto laudem merebatur, odiose autem hoc minus exagitant, quod aliqua reprehensionis speciem habebat, & diuinis legibus repugnare videbatur. Sunt hi calumniatorum mores, quales fere sunt hypocrite, dum suo zelo indulgent. Et hodie similes voces vbiq; audiuntur, si quando de ecclesiarū reformatione agitur. Ut primum enim ab eis, qui euangelij doctrinam sequuntur, aliquid vel ex imprudenti zelo vel etiam secundum Dei verbū fit, quod vulgo insolens videtur: hoc vnum aduersarij amarulenter traducunt & omnium auribus ingerunt, eiectos nimirum monachos, euersa altaria, abolitas Diuorum imagines, & si quid aliud est huius generis: Interim magnum est apud eos silentium de ijs, quæ vel ipsa honestatis specis & communi omnium consensu cōmendantur. Sed cum talia audimus, locus hic nobis in mentem veniat, quò minus horum iniquis clamoribus offendamur.

Christus se subduxit e turba.

Porro additur, non quicquam de Christo hunc respondere potuisse, eò quòd ille se ex turba, qua illic loci erat, subduxisset. Noluit enim (ut alibi quoq; diximus) furentes sua præsentia magis irritare: & suo exemplo docet, quid nos in simili casu facere debeamus. Deinde minus suspectum erat hōminis istius testimonium, cum de facto solo restaretur, cuius auctorem adhuc ignorabat. Proderat etiam toti populo, ut miraculum hoc modo innoceretur, ut liberius de illo omnes iudicarent. Interim docet isto facto Christus, ne nostræ gloria studio nos abripi patiamur, sed in hoc potius intenti sumus, ut Dei gloria illustretur, & in huius cognitione plures alij proficiant. Admonemur præterea, electis non semper initio omnia reuelari, quæ ad plenam salutis cognitionem faciunt. Hic enim ne ipsum quidem Christum adhuc nouerat, nec eius beneficij auctorem nominare potest, quo summi facti defendebat. Poterat hoc aduersarijs magnam occasionem dare insultandi ipsius stoliditati, qui homini ignoto obsequi in animum induxerit. Pervit tamen ille, neq; vllis aliorum cavillis sese ab instituto reuocari patitur. Imitemur nos illum, & licet nostræ ignorantie & imperfectionis probe sumus conscij, non tamen aduersariorum calumnijs cedamus. Habet enim fides suos progressus, neque sumus negligit Deus, sed quous tempore suggerit, quæ nobis cognitu necessaria sunt.

Christus abs se curatum inuenit et admonet.

Et huc debet referri, quod mox sequitur: Postea enim inuenit eum Iesus in tēplo, & dixit ei: Et ce sanus factus es, ne amplius pecces, ne quid deterius tibi contingat. Nō ergo illius oblitus fuit Dominus, licet eum reliquisset. Nouit enim Dominus quis sint sui (ut Paulus ait) neq; periculum est, quòd eos negligat, quos semel in suarum ouium gregem assumpsit. Magnum item bonitatis argumentum est, quòd illum Christus inuenit: non contentus nimirum illum à corporis morbo liberavisse, nisi animæ etiā salutem consulat. Sunt enim perfecta Christi opera, & illius beneficia temporaria cum scopum & finem habent, ut per illa ad cælestium possessionem perducamur. Et huc pertinet admonitio, qua illum posthac à peccatis sibi cauere iubet, ne quid grauius patiatur. Ergo peccatum aliquod



aliquid non vulgare tam grauis morbi causa fuit: cuius memoria illi Christus in mentem reuocat, non autem illud nominat, eo quod sufficeret de hoc illum admonuisse. Et credibile est peccatum hoc occultum fuisse, & ideo publica reprehensione non habebat opus. Obseruent Christi exempli ministri, ut in scelerum redargutione modeste & prudenter agant. Sunt enim que occulte sunt, & sua grauitate cogunt consilium & consolationem querere. Que si palam accuset & traducat minister, proditor dici meretur infirmarum conscientiarum, & multos a solatio querendo absterrebit. Medicos ergo imitentur, quos iurisuradi religione Hippocrates astrinxit, ne egrotorum occulta vitia temere prodant. Alia est publicorum scelerum ratio, que quia scandalo sunt omnibus, publica correptione opus habent propter eos, qui malo exemplo seduci & corrumpi poterant. Corinet verò locus hic vtilis & necessariam doctrinam de morborum ratione, que diligentem consideratione meretur, cum nihil tam humanum sit, quam in morbos varios incidere: & nisi hic probe instructi simus, vel morbis ingrauescentibus cum *A* peccamus, & idololatram reddimur, dum neglecto Deo ad creaturas conuertimur: vel impatientia superati contra Deum murmuramus, & tandem desperatione absorbemur: vel liberati ad vomitum redimus, neque agnoscimus Dei beneficium, eo quod morbos nobis fortuito obrepisse putamus. Prodest ergo scire, unde morborum origo primum processerit, quod sit agrotantium officium, & quid eos facere conueniat, qui ex morbis conualuerunt. Atqui morbos ex peccato originem duxisse constat, ut & reliqua omnia que nos in huius vite curriculo exercent. Nisi enim peccasset homo, nullus maledictioni locus esset, que omnis generis calamitates peperit. Neque hic mihi quisquam sanctissimorum hominum exempla obiciat, qui cum nullum unquam scelus enorme commiserint, morbis tamen seuisissimis excruciantur. Nam si illos species, nulla ipsis iniuria fit, cum in peccato concepti & nati, legem peccati in membris suis habeant, & in omne scelus suapte malitia prolabi possint, nisi Dei manu retinerentur. Potius ergo predicanda est in illis bonitas Dei, qui inter morbos quoque illis vitæ gratiam vitæque duntaxat: dum fidem ipsorum alioqui languescere exerceret: patientiam eorum conspiciam reddidit, ut aliorum exemplo seruiat, & ita per illos suam gloriam illustrat, quos si suo iure vitæ vellet æternum damnare poterat. Cuius rei exempla in loco habemus, & in cæcoto nato, de quo infra cap. 9. dicitur. Primum itaque, hoc nobis certò persuasum sit, morbos flagella esse, quibus aut commissa à nobis peccata punit Deus, aut latentem in nobis corruptionem coercet, ne in opus erumpat. Quoties ergo morbo aliquo corripimur, primò vitam antea vitam & carnis nostræ desideria in mentem reuocemus, ut cognita morbi causa, illum patienter feramus. Deinde ad Deum conuersi, ab illo peccatorum remissionem petamus, nec de eius gratia desperemus, qui non vult mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat. Exempla, que imitemur, in Dauide & Ezechia scriptura proponunt, Psal. 6. 38. & 39. Isa. 38. Totos verò nos Dei voluntati committamus, qui si velit nos restituere potest: sin verò illi scelus videatur, ex lachrymarum valle in regnum celeste transferet, ut infra hoc ipso Cap. susus dicitur. Liberati autem ex morbis Deo gratias agamus, & vitæ innocentia studio indefesso sequeamur. Imprimis verò cura nobis sit, ne in peccata priora relabamur. Næque hoc scientes volentes faciunt, si cum ingratitude detestabili impium Dei contemptum coniungunt, & cum illo quasi certamen suscipiunt, Pharaonis similes, quem post acceptas plagas ad suam pertinaciam rediisse scriptura narrat. Iustum ergo imitemur, quem in templo Christus inuenit, non in taberna aut inter scurrarum ludos: & nobis à Christo dici putemus, quod huic dicitur. Cogitemus item, nihil nobis tam durum & graue accidere posse, quin duriora & grauiora possit adijcere Deus, si incurabiles esse pergamus. Et quid ille non possit, quando in hoc corpore nostro inmanissimorum morborum materiam circumferimus, que subitò erumpit, si ita ipsi videatur: ut iam nihil dicamus de penis infernalibus, quorum cruciatus æternos esse Christus testatur? Sunt hæc nobis diligenter meditando, neque superuacaneas putemus admonitiones, que ista nobis in animum reuocant, quando ipsum post tam diuturni morbi tormenta & miraculosam liberationem, & quidem inter media scelerata iam agentem, Christus ampliori admonitione opus habere putauit.

Porro ab ipso ille, & nunciavit Iudeis, quod Iesus is esset, qui eum sanum fecerat. Id verò non ut Iudei Christum illam prodar fecit, sed ut plures alios in huius cognitionem adducat: quod electorum proprium esse, occidere uoluit. Alibi diximus. At hic denum in apertam rabiem Iudei conuertuntur. Nam nulla miraculi ratione habitæ, in quo manifestum diuina virtutis indicium relucebat, de illo occidendo consulant. Atqui si

vel sensum communē audire voluissent, cogitare poterant: Qui istum momento liberare potuit, ut quoad momento poterit perdere, si quid in ipsum hostiliter teneris. Vel, quanto turpior erit sabbati prophanatio, si illum occidatis, qui beneficium dedit? Sed nihil videtur nec expendunt impij, quando Dei timore excusso corruptissimos carnis affectus in consilium admittunt. Admonemur etiam hoc loco, ex Christi predicatione ferē turbas & persecutiones oriri, neq; ideo reprehensionē mereri sicut euangelij pracones. Officium enim illi faciunt, & salutis ministerio funguntur: turbas verō mundas infelix ex propria malitia concitat, eō quod veritatis lucem odit, sicuti Cap. 3. audivimus. Observabis autem, istos voluisse quidem occidere Christum, nihil autem mali ei intulisse, quia hora eius nondum venerat. Non ergo possunt impij semper quod volunt, sed facile illorum conatus frangit Deus si ita ipsi videatur. Itaq; salutem, cuius nobis auctor est Iesus Christus, fide vera amplectamur, & beneficij accepti memores illum predicemus, & vitā vivamus Christianam, olim cum illo in caeli aeternum victuri. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

## HOMILIA XXXVI.

Iesus autem respondit eis: Pater meus usq; adhuc operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quarebant Iudaei eum occidere, quia non solum solvisset sabbatum, sed & patre suum dixisset Deum, & qualem se faciens Deo. Respondit ergo Iesus & dixit eis: Amen amen dico vobis, non potest filius a semetipso quicquam facere, nisi quod viderit patrem facientem. Quaecumq; enim ille facit, haec etiam filius pariter facit.

Quemadmodum in miraculosa paralytici ad piscinā decumbentis restitutione, Iesus Christus praclarū diuinae suae virtutis & bonitatis specimen edidit: Ita in Iudeorum exemplo apparet, quae illius semper in hoc mundo fors siue conditio futura sit. Nam ut eius vitā illi insidiantur, qui misero vitā beneficium dederat: sic ferē mundus exitium omnibus ijs struit, qui ipsum salutis Christi predicatione ab interitu reuocare student. Et ut illud Iudaei sub pietatis & gloriae Dei praetextu faciūt: ita hodie etiā veritatis hostes impijs suis & sanguinarijs machinationibus gloriae Dei & pietatis velum praetexere consueverunt. Tunc verō nos in Christi exemplum respicere conuenit, cum ne offendamur, quando nobis idem cum illo accidere videmus: ut ut discamus, quid nobis salū opus sit. Et huc facit huius loci historia. Nam qui paulō ante certas ob causas (quas nuper commemorauimus) ex furentis populi turba sese subduxerat, nunc se illis sistit, & facti sui rationē reddere constanter facit: ut quamuis ipsi incurabiles maneant, saltem suorum infirmitati consulat, & scandalo medeatur, quod ex Iudeorū calumnijs poterat enasci. Decet ista constancia omnes, quibus verbi & cultus sui causam Deus commisit, ne desertores perfidi sint, quando illa patronis maxime opus habet. Sunt autem sequentis apologiae Christi haec ferē capita. Primo sabbati violati crimen diluit, & se nihil aduersus legem Dei peccauisse docet. Deinde noua occasione sibi oblata diuinitatē suam asserit contra eos, qui ipsum blasphemiae accusabant. Postremo hostium suorum improbam & incubitilem pertinaciam magna cum grauitate reprehendit. In praesenti de primo capite agit, & inde ad alterum huius suae tractationis statum transit.

Christus violati  
sabbati crimen  
diluit.

Quoad crimen violati sabbati, illud ratione graui & solida a se repellit, quando opus diuinum abs se factum esse ait, & quod illustranda gloriae Dei seruiat. Pater meus (inquit) usq; adhuc operatur, & ego operor. Quibus verbis propter breuitatem obscuritas quadam subest, quae mox tollitur, si argumentum totum formaueris, quod est eiusmodi: Quicumq; opera faciunt diuina, sabbati prophanatores censi non debent. Opus hoc meum planē diuinum est. Ergo non sum sabbati prophanator. Maiorem ipsius decalogi verbis probare poterat, qui ut nostra opera sex diebus perficiamus, & ab illis cessemus die septimo praecipit. Et Leui. 23. iubemur, ne quod opus seruile eo die faciamus. Talia autem sunt, quae priuati commodi studio & nulla urgente necessitate facimus, omisso iuramento ijs, quibus hunc diem Deus consecratum esse voluit. Diuina autem opera, quae ad Dei imitationem

nam, & ad illius gloriā fiebant, permiffa fuisse, ex veteri & recepta consuetudine constabat, cum in sabbato & infantes circumcidere, & victimas mactare, & omnia alia facere liceret, quæ ad Dei cultum externum pertinebant. At suum hoc opus ex illorum numero, imò planè diuinum esse, Dei patris exemplo docet, quando ait, Pater meus vsq; adhuc operatur, & ego operor. Sensus enim horum verborum est; Quod pater facit, mihi etiam licet faceret. At pater meus vsq; huc operatur, & in sabbato non minus quam alijs diebus ea facit, quæ ad mundi gubernationem & conseruationem spectant. Ergo idem mihi quoq; licuit, dum miserum hominem suæ incolumitati restitui. Præcipua autem huius argumenti vis est in eo, quòd opus hoc suum verè diuinū & humana virtute maius erat, & quòd ex eodem constabat ipsum verum esse Dei filium: quòd ipsum innuiffe, Iudæi quoq; intellexerunt, vt paulò post ex ipsorum calumnia intelligemus.

At hic diligenti consideratione dignū est, quòd pater vsq; adhuc operari dicit, id est, ab ipsa rerū origine nunquā oritari, siue dies profestus sit, siue festus aut sabbatum. Videtur enim hoc cum Moysi & semper historia et decalogi verbis pugnare, quibus Deus septimo die ab omni opere suo quiescisse dicitur. Sed nulla est in his repugnantia seu contradictio. Moses enim & Deus ipse de operibus creationis huius mundi loquuntur, quæ intra dies sex perfecta sunt: adeò vt nouo mundo nihil defuerit eorū, quæ ad eius perfectionem atq; ornatū faciebant. Christus verò de prouidentia differit, quæ perpetuò res creatas seruat atq; gubernat. Quienit ergo Deus, & cessauit à creando; at idem ille nunquā quiescit vel oritur quoad prouidentiam, quæ mundo & omnibus eius partibus adest, & illas pro sua bona voluntate tuetur & regit. Huius enim operatione fit, quòd vniuersa hæc mundi machina tot iam seculis seruat, neq; suo pondere subsidit, neq; perpetuo motu attrita ruit: quòd suum motum orbis celestes sequuntur: quòd suo quoq; tempore Sol cum reliquis astris oritur & occidit; quòd Luna certis vicibus modò lumine amisso occultatur, modò illuminata solaribus radijs pleno orbe resurgit; quòd aer neq; viciate corruptus foeret, neque tot animalium respiratione abscuritur: quòd perpecuis venis fontes scaturiant, & perenni cursu flumina ad mare feruntur: quòd terra quasi ex penu quoddam inexhausta herbas, fruges, plantas & omnis generis fructus quot annis depromit, & non hominibus modò, verū etiam pecoribus, imò feris syluestribus alimenta ministrat: quòd generandi vis in omni genere seminum mirabili & nunquam fatis considerata operatione sese exercit: quòd inter tot hostis diaboli insidias in alio materna seruumur incolumes, & in lucem editi contra illius hostiles conatus defendimur: quòd deniq; in dormientes & somno profundo sepultos ille nihil inuis habet. Taceo nunc regnorum mutationes, morbos, tempestates, maris fluxū & refluxum, & infinita alia, quæ vel secundum naturæ leges, vel noua te insolita ratione quotidie fieri videmus. Hæc certè eiusmodi sunt, vt gētes quoq; ex eis Dei omnia gubernantis prouidentiam agnoscere poterint: cumq; ista semper fiant absq; ulla remissione, rectè etiam à Christo dictum est, quòd pater vsq; adhuc operetur. Et sunt hæc probè obseruanda contra Epicuræos, qui Deum aut omnino nullū esse, aut circa cardines cœli obambulare fingunt, nulla eorum ratione habita, quæ in terris fiunt. Est horum opinio fundamentum & radix omnis impietatis: quia & peccandi licentiam parit, & desperationis causa est, si quando tales in grauiora pericula incidunt. E contra verò, qui Dei prouidentiam sibi ob oculos ponunt, ij & vitam suam religiose inspicunt, & aduersis nullis succumbūt, cum sciant nihil sibi absq; benignissimi illius patris decreto accidere posse, qui pilos capitis nostri in numero habet, & cuius prouidentia ad coruorum pullos, imò vsq; ad flores agri extenditur.

Continetur præterea his verbis doctrina de Sabbato, quæ totam eius rationem perfectè tradit. Sabbati consuetudo ita verò dies ille Hebræis dicitur à quiete, eò quòd ipsum Deus quieti & otio consecrauit, idq; pro consideratione præ hominem (vt alibi Christus monet) quem laboribus & curis fatigatū recreari & refici oportet. Nam vt poeta dicebat, Quod caret æterna requie, durabile non est. Pertinet autè quies ista ad totum hominem, id est ad corpus simul & animam: quia vtraq; pars suos habet labores, quibus defatigata recreationem postulat. Et corpus quidem cessatione à laboribus & operibus externis reficitur, animam verò sub curarum & sollicitudinum huius seculi pondere laborantem pia meditatione & à Deo instituta pietatis exercitia recreant. Quibus vt liberius possumus vacare, à reliquis negotijs cessare iubemur, quæ vt corpus exercent, ita animam à diuinis auocant & terrenis studijs immergunt. Licet ergo sabbatum ad corpus quoq; pertineat, cuius incolumitati Deus hæc ratione con-

Deus perpetuò  
& semper  
operatur.

& ego  
, quia  
recrea-  
men di-  
mod ut  
us pa-

Iesus Christum  
exemplo appa-  
ri infirmum,  
sunt saluifica-  
gloria Dei tra-  
bus gloria Du-  
icere conuenit,  
quid nobis salu-  
nuper cōmuni-  
cōne reddidit con-  
, & scandalo  
ibus verbi &  
ocime opus ha-  
rimè diluit, &  
atate suam ofe-  
am & incerta-  
git, & inde ad

opus diuinum  
q; adhuc opera-  
mox tollitur.  
ta, sabbati pro-  
bbati propheta-  
s perficiamus,  
die faciamus.  
omissis inter-  
Dei mitatio-  
nem.

solum voluit: imprimis tamen anima negotium hic agitur, cuius saluti externa haec corporis quae inferuire debet: & proinde otium illud sacrum est, totumq; Deo consecratum esse debet. Docent haec verba Decalogi, in quibus Deus diem hunc sanctificauisse, & eundem Domini sabbatum esse dicitur. Et nota sunt locutiones illae apud prophetas: Sabbata mea dedi eis, Sabbata mea sanctificate, Sabbata mea polluisistis, Ex quibus colligitur ita ab operibus externis cessandum esse, vt (quod modo diximus) totos nos operibus diuinis addicamus. Sunt autem diuina opera, quae ad Dei gloriam fiunt, sicuti ipse praecipit, & ad eius imitationem. In primo gradu numerantur Verbi studium, carus sacri, publica preces, beneficiorum & operum Dei meditatio, innocentia vitae & errorum commissorum emendatio, observatio item diligens omnium eorum, quae ad illustrandum Dei nomen faciunt. Quoad imitationem Dei, non omnia eius opera in exemplum trahi debent, quando plerumque nostras vires superant, & quaedam eius generis sunt, vt illa sine impietate nemo imitari possit, sicuti in Salomonis exemplo potest etiam prophani docuerunt, quem ad inferos deiectum canunt, dum flammis Iouis & sonitus imitatur Olympi. Ad ea igitur hoc restringi debet, quorum imitationem ipse nobis commendauit: inter quae primas facile tenet beneficentia et bonitas, quae in omnibus eius operibus refulcet, & de qua Christus nobis praecipit: quando inimicos quoque diligere iubet, vt simus filij patris caelestis, qui solem suum oriri sinit super bonos & malos, &c. Matth. 5. Sed & gentium philosophi eos ad Dei similitudinem quam proximè accedere dixerunt, qui quam plurimis beneficiis. Ad sabbatum ergo ne scientiae etiam studium pertinet, & vt nostra copia aliorum inopiam subleuemus, quo commodius ipsi quoque diuinis vacare possint. Admonet de hoc lex Dei, quando iubet in diebus festis pauperum & peregrinorum rationem habere, vt etiam ipsi nobiscum coram Domino gaudeant. Et Apostolus in sabbatis seponere iubebat pecunias, quae fratribus in Syria egentibus & laborantibus submitterentur. Vnde veteris hie ecclesiae mos est, quo dominicis diebus collecta fiunt, & elemosinae publice conferuntur in pauperum alimoniam. Quod si ista omnia ad praesentem historiam applicemus, Christus neque hominem istum, qui per illum restitutus sabbatum gestauit, de violato sabbato accusari debuisset. Diuinum enim opus fecit Christus, & ille ex Christi mandato fecit, quod ad huius miraculi & gloriae Dei illustrationem cum primis pertinebat. Et qui hodie ista obseruant, reuera sabbati obseruatores sunt. Prophanant autem diem hunc, qui ex auaritia opus faciunt, cum nulla sollicitudine vacent, qui pietatis publicae exercitia negligunt, qui choreis, saltationibus, poculis & libidini indulgent, qui fastuose superbunt, qui rationes ineunt usurarias, qui debita rigide exquirunt & exactioibus suis hoc die debitores suos contristant, denique quotquot ita oriantur, vt a diuinis quibus operibus cessent, diabolo autem & pessimis suis cupiditatibus turpiter seruiant. Sunt haec ab omni pietate alienissima, & ex his publicas calamitates oriri, prophetae non vno loco testantur. Finita enim hodie omnia ista impune, & adhuc desecientem in nos Dei iram miramur?

Iudei Christum  
ut blasphemum  
occidere uolunt.

Ceterum Iudaeos videamus, de quibus sic scribit Ioannes: Propterea magis querebatur Iudaeis occidere, quia non solum soluisset sabbatum, sed & patrem suum dixisset Deum, aequalem se faciens Deo. Igitur de occidendo quidem Christo cogitarunt, non autem quibus argumentis ad illius verba responderent. Imò quia respondere non possunt, calumnijs agunt, & crimen priori grauius illum intendant, impiam nimirum & blasphemam deitatis affectionem. Intelligunt enim illum de deo patre sic locutum esse, vt se eius filium, non adoptiuum (quales & nos sumus, & ipsi quoque videri volebant) sed verum, adeoque naturalem & illi per omnia aequalem credi & agnosci velint. Et quidem rectius haec verba intellexerunt Iudaei, quam Ariani veteres, qui hodie illorum impium errorem redactantur Serueticani, qui etsi Dei filium & Deum esse fateantur Christum, patre tamen minore esse fingunt. Praeterea quoad principium, ex quo sua accusationis argumentum petunt Iudaei, non male iudicant. Quia enim Lex prohibet, ne vel Deos plures faciamus, vel honorem qui Deo debetur in creaturas transferamus, vel quacumque alia ratione nomen Dei prophanemus; reuera intolerabilis & capitali supplicio digna blasphemia est, se ipsum Deo aequalem facere, aut potestatem diuinam sibi vendicare. Quod Ioram Israelis rex olim intellexit, quando vestes scidis lecta regis Syriae epistulae qua petebatur, vt Naamanum à lepra mundaret. Sed in hypothesis errant Iudaei isti, quia hoc ad Christum male applicant, & in externam modò humanitatis speciem intenti, latentem sub hac deitatem non agnoscunt: nec ad scripturas respiciunt, quae Messiam diuina virtute instructum, imò Dei filium & Deum

& Deum fore testantur. Cum quibus si illius opera cōtulissent, mox videre poterāt, hoc ab illo verē  
 dictum esse, neq. illum propterea morte dignum debere iudicari. Ceterū hi sunt impiorū mores, quo-  
 rum oculos & mentes priuati cōmodi studium & veritatis odium ita excecant, vt nec Dei verbum  
 autentis animis audire possint, neq. ea videre, quibus illius veritas manifestissimē confirmatur. Ee  
 multa hodie similia sunt, ex quibus veteris hostis ingenium agnoscas. Sed non offendere nos debent  
 impiorum calumnia. Hic enim praelusum est, quae semper Christi inter homines cōditio futura sit,  
 & quid expectēt, qui illum Dei filium & promissum redemptorem, adeoq. vnicum humanae salutis  
 autorem esse profitentur. Non potest lucem hanc ferre mundus, cuius opera mala sunt: et quō cla-  
 rior haec veritas innotescit, eō maiori rabie impij accenduntur, et absq. omni pudore calumnias simul  
 & vim apertā produnt. Vt autē Christus, qui illos hoc facturos sciebat, nō tamē idē veritate dīsimu-  
 lar: Ita neq. nos impiorū furoribus cedere debemus, vt propter illos veritatis patrocinij deseramus.

Arguit praeterea exemplū hoc nostri seculi extremā corruptionem. Etsi enim Iudaei deuotus ad  
 omne scelus animis aduersus Christū rapiantur, retinent tamē hoc verae pietatis principij, quōd ne-  
 fas sit hominē mortalem diuinos honores aut deitatis existimationē sibi ipsi vendicare: imō audaciā  
 istam morte dignam esse iudicat. At hodie, qui & homines sunt, & hominū ferē sceleratissimi sunt,  
 impia ista ambitione non ecclesiam modō, sed orbem terrarū vniuersum turbant, dum potestate sibi  
 vendicant, qua hominum peccata remittere, rerum substantias mutare, animas caelis inferre aut in  
 Orcum demittere possint: & huius auctoritatis opinione inflati ad pedum suorū oscula omnes inui-  
 tant, seq. cum Caligula & alijs naturae monstris (quorum impietatem prophani scriptores notariū)  
 adorandos proponunt. Neq. eo contenti, alios cōsecrant, in quos, ceu Semideos quosdā, eiusdē potesta-  
 tis administrationē transferunt. Quis verō illos mortis supplicium mereri dicit? quis ad impias isto-  
 rum voces exhorrescit? Gemit quidem sub illorū tyranniae turba piorū, & iam seculis aliquot Re-  
 gum vindices manus implorat. At pauci reperiuntur, quibus causa haec verē cordi sit. Nō desunt au-  
 tem, qui pro impijs istis diuini honoris affectatoribus pugnant, & vt illos tueantur, in fratres, in con-  
 tribules, imō in ipsius patriae viscera gladios stringant. Sed nō deerit suo officio Christus Dominus,  
 qui & suam gloriam aduersus illos asseret, & ipsos horrendis supplicijs multabit.

Ne feratur, qui  
 Dei honorem  
 sibi vendicant.

Sed ad Christum redeamus, qui quod vere dixerat, non negat, sed potius argumentis & rationi  
 bus confirmat. Ea verō occasione ad alterum suae defensionis caput tranfit, quo se Dei filium, patri  
 aequalem, imō consubstantialē esse docet. Probationem autem ab operibus sumit, quae omnium eui-  
 dentissima est demonstratio. Argumenti summa haec est: Quicumq. opera faciunt eadem, eiusdem po-  
 testatis & naturae sunt: Ego & pater eadem facimus opera: Ergo eiusdem cum illo sum natura, po-  
 testatis & maiestatis. De maiori non est dubium, quia communi sensu confirmatur. In minori ergo  
 probanda totus insistit, quam ita proponit non sine graui contestatione. Amen amen dico vobis, non  
 potest filius a semetipso quicquam facere, nisi quod viderit patrem facientem: Quaecumq. enim ille fa-  
 cit, haec etiam filius pariter facit. Quae verba olim inter Arianos & orthodoxos patres mirifice ex-  
 agitata fuerunt, cum illi hinc probare niterentur, filium patre minorem esse, quia nihil ex semetipso  
 facere possit, sed discipuli instar patrem sibi praecentem imitetur. Sed facile diluitur illorum senten-  
 tia. Primō enim ex Iudaeorum hypotese loquitur, qui in ipso nihil quā nūdum hominem agnosce-  
 bant: & vt illorum errorem confuteret, ostendit tam arctam & indissolubilem inter se & patrem con-  
 iunctionem esse, vt nihil possit ab ipso fieri, in quo non patris quoq. virtus cōspiciatur. Non ergo instir-  
 mitatem aliquam filij haec verba denotant, sed potius naturalem (vt sic dicam) inter patrem & fi-  
 lium coniunctionem, quae hunc illi aequalem esse conuincit. Quem enim vel angelorum vel hominum  
 a dignitate sua excidisse scimus, eō quōd seculi fecerunt: & quae hominum sit natura & conditio, om-  
 nes in nobis ipsis experimur. Itaq. cum de se hoc Christus dicat, illum angelica simul & humana na-  
 tura superiorē, & proinde patri aequalem, adeoq. Deum esse oportet. Deinde seipsum luculenter ex-  
 ponit, addens: Quaecumq. enim pater facit, haec etiam filius pariter facit. Haec enim dicendo se cum pa-  
 tre coniungit, qui alibi omnia per verbum creauisse dicitur, quemadmodum vicissim verbum ex dei  
 tatis virtute propria operatur. Quō Paulus quoq. respiciens, vtramq. pulchrē connectit, quando in  
 priori ad Corinth. cap. 8. scribit: Nobis vnus est Deus, pater ille, ex quo omnia, & nos in ipso: &

Christus uerus  
 Dei filius ex  
 patri consub-  
 stantialis.

corpore quos  
 docent hoc  
 esse dicitur  
 claritate, Sab-  
 (quod modo di-  
 et gloriam sunt,  
 ita, carnis sacri-  
 miferum emen-  
 nit. Quoad veri-  
 nostras vires, si  
 in Salmones  
 emmas Loui &  
 nobis commen-  
 tribus relucet, &  
 tris celestis, qui  
 eos ad Dei simi-  
 bbatur ergo  
 uo cōmodius ip-  
 sū pauperū & pe-  
 Apōstolus in sa-  
 submitteretur.  
 publica conferen-  
 nox patebit, neq.  
 to sabbato accu-  
 od ad huius mi-  
 ant, reuera sub-  
 cium nulla uis  
 poculis & libi-  
 gide exegit, &  
 a diuino quide-  
 mt haec ab om-  
 untur. Fimus  
 arebāt Iudaei  
 ualem se facien-  
 ad illius verba  
 ruius illi inter-  
 um de deo patre  
 deri volebant  
 uide rectius haec  
 rem redacteri  
 in minorem esse  
 Iudaei, non male  
 Deo debetur in-  
 intolerabilis &  
 m diuinam  
 Syria epistola  
 uia hoc ad Chri-  
 b haec deitatem  
 imō Dei filium  
 & Deum

vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Et hæc quidē postea operum suorum commemoratione Christus confirmabit. Nos in presenti agnoscamus Christiane fidei & religionis dignitatem atq; certitudinem. Si enim Christi opera eadem sunt quæ patris, diuina certe sunt quæcumq; is dixit & fecit, & in illis Deum patrē agnoscere debemus. Turō igitur illi confidere possumus, & hoc ipsum nos in fidei cōfessione animare debet, ne hanc nobis mundi cōminationibus extorqueri patiamur. Præterea quoties pulcherrimā hęc totius mundi fabricā intuemur, simul in illa temporis Iesu Christi maiestatis & diuinā virtutem consideremus, qui nos ex semine verbi sui natos denuō facit contra quosuis tuebitur. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in ætænum, Amen.

## H O M I L I A XXXVII.

Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera, ut uos miremini. Sicut enim pater suscitatur mortuos & uiuificat: ita & filius quos uult uiuificat. Neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: ut omnes honorent filium, sicut honorant patrē. Qui non honorat filium, non honorat patrem, qui misit illum.

**Q**uoniam Iudæi Iesum Christum summæ impietatis accusarunt, ut qui se Dei filium dicebat, seipsum Deo equalē faceret, & intolerabili arrogantiā diuinis honores sibi vindicaret: ipsi quod dixerat, multis argumentis & rationibus defendit, partim quidem ut calumnias illorum confuteret, & suum honorem asserat: partim uero ut omnium nostrum saluti consulat, quæ sine vera & fidelia Christi cognitione consistere non potest. Itaq; ut minus dubitemus, demonstrationis argumenta ab operibus desumpta producit, dum se ea posse docet, quæ nō nisi diuinā virtute fieri possunt. Et nō per quidem in genere summam totius negotij complexus est, quando se eadem cum patre operari docere dixit, & proinde eiusdem cum illo esse naturæ & potestatis. At quia hoc illi negare poterant, diligenti modo seipsum exponit, & primo sui dicti rationem reddit, quæ simul hostium improbitatem retundit: deinde quæ nam illa sint opera commemorat, quibus virtus ipsius diuina comprobatur.

Pater diligit  
filium.

Quoad primum, sic ait: Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit, &c. Quibus uerbis multa simul agit. Primo, quia se à patre diligi dicit, ab omni crimine se purgat, & mortis supplicio dignū esse docet. Cōstat enim legis transgressores & impios diuinitatis asseclatos, à Deo non diligi, sed potius puniri. Deinde illos inanem operam sumere inuit, cum de se occidendo consultant, qui à Deo amantur atq; defendantur. Præterea rationem reddit eius quod dixerat, se peria aut eadem facere cum patre, & eam esse inter ipsum & patrem naturæ vel essentiæ cōmunitatem, ut aliter facere nō possit. Et diligendi uerbo uti uoluit, ut hanc potestatem sibi legitime datam esse ostendat, nec quicquid se sibi ipsi uolenter, & quasi per rapinam (ut Paulus ait) vindicaret. Similis ergo est. Quemadmodum patres filios suos tenerrimè diligunt, & adeo illis non inuident, si ipsi in arte sua sibi pares esse uideant, ut potius quæcumq; adhuc restant artis mysteria, ipsis liberatè communicent: Ita celestis ille pater me quoq; amore maximo complectitur, & omnia sua mihi cōmonstrat, ut & ego per illa mundo innotescā, & ille in me glorificetur: Neq; contentus erit, ut hucusq; in Cana Galilææ & in huius paralytici aliorumq; egrotantium curatione miraculosa fecit, sed sequentur adhuc maiora, quæ uos in mei admirationē uel inuitos abripiant, ut ut nunc eam & inuidia excæcati nihil uel audire uel uidere uelitis, &c. Ubi nos meminisse oportet, Christum hactenus qui secundum humanam naturam, ut ad tempus sese auditoribus accommodet, qui nihil in illo submissus agnoscebant. Uti ergo alibi doctrinam suam, non suam, sed patris esse dicit, & se discipulis tradidisse quæcumq; ipsi pater manifestauerit: Ita nunc opera quoq; se à patre accepisse, & horū rationē & cōessentialis est, imò patris sapientia, uerbum & uirtus est, per quam omnia facta sunt, & proinde nihil aliunde discit uel precario accipit. Quoad humanā uero naturam, ut infans in conuicium uigilaret & cum ætate adoleuit: ita etiā sapientia & gratia profecit apud Deū & apud homines, ut

Lucas Cap. 2. scribit. Ergo iuxta humanitatem demonstrantur filio opera patris: demonstrandi autem verbo, non puerilis aliqua institutio significatur, qualis est inter magistros & discipulos, sed communicatio diuina virtutis & potestatis: qua factum est, vt diuina virtus & maiestas, quam ab aeterno filius habuit, ex aeterno patris decreto in assumpto etiam homine eluceret, & is in hac fragili & mortali carne diuinitatis opera faceret. Et hoc sensu mysterium istud Ioannes Baptista supra exposuit, quando discipulis dicebat: Pater diligit filium, & omnia dedit in manum eius, &c. Dandi verbo idem dicens, quod Christus demonstrandi vocabulo hic comprehendit, quo propter auditorum tarditatem vsus est, ne quid sublimius dicendo illorum raptiem magis accenderet: sicut Theophylactus quoque annotauit.

Sed priusquam hinc discedamus, paulo attentius videndum erit quod de Dei patris dilectione erga Christum dicitur, vt illius vsus recte intelligamus. Scimus enim hunc calitus hoc titulo ornatum esse, & in hoc omnibus cum angelis tum hominibus preferri, quod dilectus ille sit Dei filius, in quo patri complacuit. Et sane cum Deus ipsa sit charitas, & idem hominum animis naturalem charitatem in seuerit, qua ex se genitos prosequuntur: quis dubitet eum amorem ardentissimum esse, quo filium ab aeterno ex se progenitum complectitur? At quia filius ille Dei homo quoque est factus, ita nunc illum diligit pater, vt ipsius dilectio ex illo, ceu fonte aliquo in nos vsque redundet, & propter illum nos fauore suo complectatur, qui prius ira filij eramus. Est igitur hoc irrefragabile charitatis Dei argumentum, quod solum nos in fide confirmare, & in quauis tentatione inuictos reddere potest: Si nimirum cogitemus, filium Dei vnice dilectum nobis a patre datum esse, vt nos ex peccatorum laqueis & morte redemptos regni sui coheredes faceret. Quis enim non colligat ex eo, in hoc simul omnia nobis data esse, qua ad nostram salutem faciunt? Quis item dubitet grata & accepta esse Deo, quaecumque ille propter nos aut fecit aut passus est? Quamuis ergo multa in nobis deprehendamus, qua fidem nostram labefactare solent, firma tamen nobis haec fiducia manere debet, quod per Christum nobis ad thronum gratiae accessus pateat, iuxta illud Ioannis: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Deum, Iesum Christum, &c. Vide 1. Ioan. 2.

Pergit autem in cepta tractatione Christus, & quae nam sint docet maiora illa opera, quae ipsos visuros esse dixerat. Duo autem commemorat, quibus totum Messiae officium comprehendit, cui illum pater destinaret. De primo sic loquitur: Sicut pater suscitauit mortuos & uiuificauit, ita & filius quos uult uiuificat. Quae uerba plerique interpretum de ijs miraculis exponunt, quibus nonnullos ex mortuis Christus resuscitauit, in quibus Lazari Bethaniensis historia primum locum obrinet. Quorum sententiam vt non prorsus rejicio, ita longius extendi debet haec sententia, vt (quod ante diximus) de toto Messiae officio hic agi cogitemus, sicut sequens orationis contextus luculenter docebit. Vult ergo dicere, sibi eam quoque potestatem a patre esse datam, vt uitae simul & mortis dominium habeat: id quod postea miraculosa quorundam resuscitatione probauit, ne in anibus uerbis gloriari uideatur. Et plurimum facit ad praesentem tractationem hoc argumentum, quod eiusmodi est: Dei est suscitare mortuos et uiuificare: At hoc ipsum ego quoque facio. Ergo Deo aequalis, imò eiusdem cum illo potestatis sum & essentiae. Facit autem ad minoris confirmationem particula, QUOS VULT. Hac enim sibi ipsi liberam & à nullius alterius arbitrio pendente potestatem uendicat. Dicuntur autem & pater & filius suscitare, non quòd hos quidem pater, illos autem filius suscitaret, sed quia eiusdem potestatis sunt & essentiae, & prouide pariter aut simul operantur, sicuti nuper diximus.

At quia diuinitatem suam ita hic asserit Christus, vt simul se Messiam & promissum humani generis redemptorem esse doceat, paucis hinc uerbis eorum nostrae redemptiois negotium comprehendit. humanam enim ipse nobis conferat. Præterea quorum sit salus illa, cuius ipse auctor est. Quoad primum, sibi potestatem datam esse ait suscitandi mortuos & uiuificandi. Eramus ergo omnes mortui & uitae expertes. Mortui nimirum per delicta, vt Paulus ait. Nam peccati stipendium est mors. Et vt mortui vnà cum uita omnes simul facultates amitteret, vt nihil ad sui restitutionem ipsi conferre possint: Ita nulle in nobis facultates erant, quibus vires amissas recuperare, aut nos in libertatem filiorum Dei asserere possemus: quin potius per legem peccati in hoc corpore mortui (vt Apostolus ait) ita detinebamur, vt nulla ex eo elucandis uia nobis spèria pateres. Hæc uero miseris & perditis Christus opem tulit, qui prius

Pater in filio nos quoque diligit.

Opera Messiae que deitatem asserunt.

Redemptionis humanam ipse nobis conferat.

Dea operum su...  
ne fidei & reli...  
liuina certe sum...  
lli considerare pos...  
ationibus exte...  
r simul in illa...  
ine uerbi sint...  
potestas in a...  
facit: &  
pater su...  
te enim  
nes ho...  
non ho...  
di filium dicenda...  
uendicare: ipse...  
nias illorum con...  
sine uera & si...  
ionis argumenta...  
i possunt. Erro...  
patre opera su...  
are poterant, si...  
um improbitate...  
comprobatur.  
ie ipse facit, &...  
se se purgat, &...  
as affectatione...  
on de se occidendi...  
dixerat, se po...  
nris communitate...  
legitime datam...  
uendicare. Non...  
inuident, si ipsi...  
ipsis liberant...  
a sua misericord...  
ntos erit ijs, qua...  
miraculosa fecit...  
ut nunc oia &  
Christi beati...  
nihil in illo habi...  
e discipulis tra...  
& horum ratioc...  
patri coarctati...  
ta sunt, & pro...  
ans in cuius u...  
homines, ut...  
Lucas

mò ex morte nos resuscitavit, quòdo sua mortis merito peccata nostra sustulit, & his sublati sumus  
 lum siue aculeum mortis, quo illa in nos seuebat, confregit. Deinde spiritum vitæ nobis contulit, quo  
 animati in vitæ nouitate ambulemus, qui prius mortui iacebamus. Et ut sibi hanc potestatem de-  
 tam esse sciremus, quosdam ex morte corporis in vitam reuocauit, imò seipsum propria virtute re-  
 suscitauit. Præstat autem beneficium hoc ijs, quibus vult ipse. Quod idèò hic additur, ut meritum  
 nostrum omne excludat, & ab ipsius gratia salutem nostram omnem ostendat pendere. Nam ut Pau-  
 lus dicebat, Non est volentis neq; currentis, sed miserantis Dei. Ergo ad electos tota salutis ratio et  
 huius promissiones restringi debent. Et quia electio ex libera Dei voluntate dependet, qui (ut idem  
 Apostolus ait) cuius vult, miseretur: & quem vult, indurat: non alia salutis nostræ origo indicari  
 potest, quam bonitas & gratia Dei, qua nos in Christo Iesu complexus est, priusquam mundi fon-  
 damenta iacerentur. In nobis autem electionis signum est infallibile fides, qua & Christum appre-  
 hendimus, & illi inferimus, ut in ipso spiritus sancti & vitæ participes reddamur, & ipse sibi per-  
 dem insitos & suo spiritui animatos è manibus suis eripi non patitur. Quæ causa est, quòd salutis  
 promissiones credentibus dantur, de quo alibi abundè est dictum. Hic ergo salutis nostræ fontes que-  
 riuntur, ex quibus in quouis genere tentationum firmissimæ consolationes peti possunt. Cur enim de  
 salute sua dubitent, qui eam in Dei consilio aut decreto fundatam esse sciunt, quòd æternum est, neq;  
 vlla hominũ aut diaboli potentia abrogari potest? Qui item salutis mediatorem habent Iesum Chri-  
 stum, quem vitæ & mortis Dominum esse scimus? Qui deniq; salutis arrhabonem habent spiritum  
 sanctum, in quo clamant, Abba pater, & qui vitam in ipsis veram operatur? Non enim illud  
 Pauli: Sive viuamus, sive moriamur, Domini sumus. In hoc enim Christus & mortuus est, & resur-  
 rexit, & reuixit, ut mortuis ac viuentibus dominetur. Rom. 14.

Christus plenus  
 habet totius  
 mundi impe-  
 rium.

Alterum opus Dei, quod visuri sint, est totius mundi imperium, quod sibi à patre destinatum  
 esse dicit: & de eo ita pronunciat, ut simul rationem reddat dicti pracedentis. Neq; enim pater (in-  
 quit) iudicat quengquam, sed omne iudicium dedit filio. Iudicandi verò plenam omnium potestatem  
 comprehendit, ut ita scripturæ more, in qua locutiones eiusmodi passim occurrunt. Et proxime minus,  
 quam Christus inuatur, dicunt, qui illum de nouissimo tantum iudicio loqui arbitrantur. Sensus enim  
 verborũ hic est: Nò temere mihi vendico, quòd ex morte suscitare & viuificare possim. Mihi enim  
 pater omne iudicium dedit, id est, omnem potestatem in celo & in terra, ut & mundũ hunc gubernem, et  
 olim in nouissimo die omnibus digna retributã factis ipsorum premia. Est verò hoc irreferabile diu-  
 nitatis Christi argumentum, quando constat penes solum Deum esse totius mundi imperium, & iudi-  
 cium omne ad hunc solum pertinere. Vide de hoc Deut. 1. & 32. Itè 2 Par. 19. Obseruabis autè istud  
 quoq; à Christo secundum humanam naturam dici, cui potestas eadem data est, quã ab æterno filium  
 cum patre habuit. Itaq; quòd de patre dicitur, non ita accipi debet, quasi ipse iam ociosus ferias agat  
 (sicuti de Saturno per filium è folio regni depulso poetæ fabulantur) sed quòd idem ille orbem terrarum  
 nunc per filium in carne manifestatum administret atque gubernet. Et iudicat Dei filius, pri-  
 mum in hoc seculo, dum ecclesiam suam & singulos credentes tuetur, & promissa illis præstat, bo-  
 nestes verò ecclesie dignis supplicijs coerct: cuius iudicij exempla in terris adhuc agens edere cepit,  
 & postea in celos receptus infinita edidit, sicuti Romanorum Imperatorum & Vandalorum imperi-  
 ria testantur: sed & hodie multi a eius generis experimur. Et debet huc referri, quæ in Psalm. 110.  
 Christo rege & sceptro eius ferreo dicuntur, quo hostium suorum consilia dissipat, & potentiam eorum  
 fringit. At idem ille nouissimo die in nubibus celi veniet ea forma, qua in celos ascendit (quem ad-  
 modum angeli testantur Act. 1.) & tunc videbunt eum, quicumque illum confixerunt, aut ipsum in  
 verbo suo & membris persecuti sunt. Et dignum est, ut in hominis forma iudicium faciat Dei fili-  
 us, qui salutis & redemptionis nostræ negotium in eadem peregit. Ideò D. Augustinus dicitur:  
 Forma illa erit iudex, quæ stetit sub iudice: illa iudicabit, quæ iudicata est: iudicata enim iniqui iudi-  
 dicabit iustè. Vide Tract. 19. & 21.

Nemo serua-  
 tur, nisi qui le-  
 gibus Christi  
 obtemperat.

Quia verò iudicium omne Christo datum est, satis constat neminem seruatum iri, nisi qui illius  
 verbo aut legibus obtemperauerit. Quis enim illũ aliter quàm secundum salutis leges abs se promul-  
 gatas iudicaturũ esse putet? At quæ legum illarum summa est? Hæc nimirũ: Venite ad me omnes  
 qui laboratis & onerati estis, & ego vos refocillabo. Si quis sitit, veniat ad me & bibat, & quicumque  
 promissionem



promissiones illae & minae conveniunt: Quisquis crediderit & baptizatus fuerit, servabitur: quisquis vero non crediderit, condemnabitur. Hinc ergo iudicij sui regulam Christus desumet, nec ullis alijs salus obringer, nisi qui ipsum vera fide amplexi fuerint. Corruunt ergo hic omnes aliorum sectae & religiones, quae salutem extra Christum monstrant aut quaerunt. Non philosophis aut discipulis horum proderit secundum naturam leges instituta morum probitas: non Iudeis Thalmudicae traditiones: non Turcis Alcorrani praescriptiones: non Monachis suorum maiorum regule: non Eremitis vita solitariae & laboriosae transacta: non ullis denique vel peregrinationes, vel Missae, vel precula empirica salutem ferent: si extra Christum inveniuntur, qui vnicus salutis auctor est. & qui omnibus istis iam olim dixit: Non requisivi ista de manibus vestris, Neminem ergo aliarum sectarum vel splendor vel sucta sanctitas decipiat, vt in illis sibi salutem polliceatur. Simul vero consideretur nos nouissimi iudicij consideratio, ne mundi calumnijs & criminationibus offendamur, vel persecutionibus frangamur. Certò enim veniet dies ille, quo & nostram innocentiam Christus suo testimonio asseret, & hostium insolentiam aeternis poenis coercebit.

Porro finem omnium istorum Christus infert, dicens: Vt omnes honorent filium, sicut honorant patrem. Comprehendit his aeternum Dei decretum, qui in filio agnosci & coli vult. Hic enim eius visibilis imago est, quem ille nobis dedit, vt in ipso habeamus, quaecumq; ad salutem consequendam sunt necessaria. Quia autem filium perinde vt patrem colere iubemur, rursum patet, illum eiusdem cum patre naturae & potestatis esse. Ideò infert confirmationis loco: Qui non honorat filium, nec patrem honorat, qui misit illum. Quia enim filium salutis auctorem vnicum esse voluit, & eundem ad dexteram suam collocavit, neg. alium nobis ad thronum suae gratiae accessum reliquit, quam qui per illum haberi fieri nequit, vt patrem honorent, quicumq; suum honorem filio negant. Id vero faciunt, quicumq; ipsum non agnoscent salutis suae auctorem. Rursum ergo iugulantur omnes cultus, in quibus superstitionis salutem extra Christum quaerunt. Et colligitur ex hoc loco gloriae Dei hostes censer, qui aut Christi nomen cum Iudeis hostiliter profcindunt, aut illo quidem gloriantur, illius vero gloriam in creaturas transferunt, dum redemptionis nostrae gloriam vel sibiipsis vel alijs mediatoribus ascribunt. Quibus etià accenseri debent, qui Christiani nominis professione sceleribus & incurabili licentia peccandi prophanant. Vnum ergo Iesum Christum audiamus, vni illi fidamus, & illi seruiamus in spiritu & veritate: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Pater in filio agnoscutur & colitur.

## HOMILIA XXXVIII.

Amen amen dico vobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam aeternam, & in iudicium non ueniet, sed transiit à morte in uitam. Amen amen dico vobis, quod ueniet hora, & nunc est, quando mortui audient uocem filij Dei: & qui audierint, uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso: Et potestatem dedit ei iudicium faciendi, quia filius hominis est.

Domine & seruator noster, Iesus Christus, suam deitatem aduersus Iudeorum calumnias magna constantia & diligentia asserit. Et ne uerbis nudis pugnare uideatur, demonstrationem ab ipsis operibus desumptam proponit, quando se uiuificandi & iudicandi potestate instructum esse docet. Mem vero & scopum totius tractationis hunc esse nuper ostendit, vt omnes honorent filium, sicuti honorant patrem. Et vt hoc ad salutem necessarium esse sciremus, mox subiicit: Qui non honorat filium, nec patrem honorat, qui misit ipsum. Quibus uerbis, vt omnes aliae superstitiones iugulantur: ita non obscure ostenditur, disputationem hanc ab illo non priuati honoris studio institutam esse: sed quia horum cognitio ad gloriam patris illustrandam facit, & quòd sine illa nobis certa nostrae salutis ratio constare non potest. Ideò in ijs quae modò recitatae sunt, & quae deinceps sequuntur, diligenter docet, quae ratione tam ipse quam pater à nobis honorari possint, & quae praemia ijs proposita sint, qui hoc officium fideliter praestant. Ita uero paucis complectitur quaecumq; ad nostram salu-

ris cognitionem pertinent. Et est locus iste vnus ex precipuis, in quorum consideratione omnes frequentissime versari debent, qui serio salutis studio tenentur.

Quomodo pater simul & filius honorentur

Principio summam totius negotij hisce verbis comprehendit: Amen amen dico vobis, qui sermone meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam eternam, & in iudicium non veniet, sed transiit a morte in vitam. Sunt autem huius loci duo membra. Primo, quia salutem nostram in eo consistere dixerat, vt filium, et in eo patrem simul honoremus, quid illud sic docet, aut quomodo tam pariter quoniam filius a nobis honorari possint. Altero primum promittit ijs, qui hoc faciunt. Ad primum membrum pertinet: Amen amen dico vobis, qui sermone meum audit, & credit ei qui misit me. Afferatur vobis vultus gravissima, quia carni haec incredibilia videntur, quod nimirum sola fide Deus colatur, & eadem sola ad salutem nobis sufficiat. Sermonis autem sui nomine euangelium intelligit, cuius ipsius quoque praedicationem esse debuisse ex alijs locis constat, & ipsemet fateatur, quando se idem exiuisse dicit, vt hinc inde euangelium praedicet. Quae autem huius doctrinae summa sit, hic exponere non est opus, cum in omnibus prope sermonibus Christi subinde recurrat. Hoc in praesenti sufficit, per euangelium salutem omnibus in solius Dei gratia monstrari per mediatoris Iesum Christum. Filium ergo honorant simul & patrem, qui euangelij doctrinam animis attentis audiunt, & secundum illius praescripta salutem spem omnem in vno Deo collocant per filium eius, qui nobis ab illo sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio est factus. Et de hoc quidem nos admoneri opus fuit, ne quis Dei cultum, de quo hic agitur, in ritu aliquo externo aut in ambus ceremonijs consistere putaret. Et sane (vt Cap. 3. dictum est) Deus non alia ratione magis quam fide honorari potest. Per hanc enim illi veritatis, iustitiae & bonitatis testimonium deferimus: quae omnia in illo negant, quicunque ipsi credere dedignantur. Deinde eadem eorum hominem Deo vendicat, & huic obedientem reddit: qui verus bonorum operum fons est, quando constat bona opera nulla esse, nisi quae ex fide sunt secundum verbi diuini regulam.

Fidei vera ratio. Obiectum fidei vnus Deus.

At ne quis sub fidei praetextu inanem persuasionem concipiat, quae seipsum & alios fallat, patet veram huius rationem Christus exponit, dicens: Qui audit sermonem meum, & credit ei qui misit me. Obiectum ergo fidei Deum esse docet, in quo vno fiduciam omnem in religione collocari debet, cordati omnes ex gentibus etiam vnanimi consensu tradiderunt. Etsi enim summum illud nomen in multos Deos diuiderent, hoc tamen principium apud illos saluum ratumque manebat, in nullo filium fiduciam esse ponendam, qui non Deus esset. Quod magis stupenda est nostri seculi hominum stoliditas, qui ijs fidunt, quos homines fuisse ipsi fatentur. Imo peccatorum remissionem & quaecumque nobis salutem necessaria sunt, apud eos quaerunt, quos homines, & quidem interdum sceleratos & impios, nos homines esse, non possunt negare: quales sunt pontifices & ab illis consecrari sacrificiis atque ministrari. Regissimè vero Christus fidem nostram in Deum patrem recumbere vult, qui omnia creauit & gubernat, & quem maiores etiam nostri inter fidei articulos primo loco professi sunt. Nec mirere de eo se loqui testatur, à quo ipse sit missus. Hoc enim dicendo non modo fiduciam illam gentium proderat explodit, verum etiam eos confutat, qui vnus quidem Dei, omnium creatoris cultum haberi volunt, ab illo autem excludunt filium, quales hodie Iudei & Turcae habentur. Hoc ergo nobis primum sit, vt salutis fiduciam in vno vero Deo, patre Domini nostri Iesu Christi, habeamus collocatam, extra quem Deus omnino nullus inuenitur. Deinde regulam fidei indicat, dum ad verbum suum nos remittit, quod audire debeamus. Cum enim Deus nec sensibus percipi, nec intellectu & ratione nostra comprehendi possit, in verbo suo se manifestare solet, vt ex eo discamus quoniam ipse sit, & quid de illo credi debeat. Quod verbum cum ab ipso mundi exordio multis & varijs modis promulgauerit, tandem per ipsum filium coram locutus est, qui & ipse fideliter docuit omnia, & Apostolos dedit, qui quod ipse tradidit in toto orbe diuulgarent. Itaque suum sermonem audire iubent Christus, non excludit prophetas & Apostolos: sed hos simul comprehendit, quando omnes istius spiritus Christi suggestionem locutos esse constat. Ergo fidei regula haec erit, vt euangelium audiamus, cuius auctor est Iesus Christus, qui illius doctrinam mundo manifestauit, & secundum hanc credamus in Deum. Faciunt hoc, qui Christum nobis à Deo mediatorem datum esse agnoscunt, & illi sibi propter hunc propitium esse confidunt, adeoque coram Dei tribunali non alio, quam Iesu Christi merito nituntur. Ita enim in Euangelio docemur, sicuti prolixè demonstrari poterat, si in re ipsa meridiana clariore aliqua demonstratione opus esset. Hinc vero colligimus, frustra & falsè

Regula.

Deum gloriari eos, qui verbum Christi audire dedignantur, & ipsi sibi novas diuini cultus regulas prescribunt, aut ab alijs confictas superstitiose obseruant. Vt enim fides ex audicione verbi Dei enascitur, teste Apostolo, nequaquam potest in homine certa esse salutis & gratie Dei fiducia, nisi que illius promissionibus nititur: Ita inania opinionum & persuasionum figmenta sunt, quacumque extra Dei verbum homines comminiscuntur. Et habent quidem illa cultus diuini speciem, sed reuera ad Dei cultum nihil faciunt, qui iam olim ista damnauit, dicens: Frustra me colunt, docentes doctrinas hominum.

Porro alterum quoque huius sententiae membrum videamus, quo fidei huius premium triplex pollicetur, & eo omnia comprehendit quae ad hominis beatitudinem atque veram felicitatem faciunt. Primo vitam aeternam promittit. Et vitam quidem nomine omnem felicitatem significari, alias diximus. Haec autem in ijs consistit, quae ad animum spectant, quando in ijs quae corpori seruiunt nihil stabile & omni ex parte beatum reperitur. Intellegitur ergo sub vita vocabulo conscientiae tranquillitas, quae peccati & mortis terroribus liberata in Deo gaudet, & inuicta spe caelestem vitam iam possidet, in qua huius corporis ergastulo solutae animae transmigrant, ut paulo post sequetur. Et hanc quidem in praesenti pollicetur adhuc in mortali carne agentibus, quia Christum praesentem fides apprehendit, & facit ut huic insiti, vitam in eodem participes reddamur. Quia vero hanc credentibus promittit, & quidem in praesenti non obscure nostrorum operum merita excludit. Haec enim priusquam credamus, nulla esse possunt, quando peccatum est quicquid absque fide fit. Vt primum vero fides intra animos nostros concipitur, eadem simul vitam quoque apprehendit: & proinde nec illorum operum meritis illa ascribi debet, quae fidem sequuntur. Sunt enim haec effecta fidei, quibus sese haec exercit, & a fucata simulatione distinguitur. Secundo ait: In iudicium non veniet. Erat hoc addendum, eo quod iudicij metus spem vitam interturbat. Nam, ut Paulus ait, oportet nos omnes manifestari coram tribunalibus Christi, ut in corporibus nostris reportemus vel gloria vel ignominiam, prout vel bonum vel malum fecerimus. Et Deum iudicem esse omnino scriptura docet, qui scelera impunita non sinat. Quis ergo non exhorrescat, & salutis incertus fiat, quando se quidem peccatorem esse, peccati vero stipendium mortem esse cogitat? Sed eximit hunc metum Christus, quando credentes in iudicium venturos negat. Nec tamen Paulo contradicit, quin idem alibi prolixè exponit, ut nouissimo die omnes ad suum tribunal sisti oporteat, & quis iudicij illius processus futurus sit. In praesenti autem hoc dicit, quod cum credentibus Deus non ita in iudicium ingressurus sit, ut illos secundum facta ipsorum iudicet, & peccatorum poenas sempiternas illis imponat: quo sensu David orabat: Domine, ne ingrediaris cum seruo tuo in iudicium: quia non iustificabitur in conspectu tuo ullus viuens. Psalm. 143. Neque tamen iustitiae Dei quicquam decedit, licet iudicij sui rigorem, quoad credentes restringat: imò tunc maxime facit iudicis iusti officium, & qua se nobis obstrinxit, fidem suam liberat. Cur enim credentium peccata ad iudicij sui examen reuocet, cum illa filius suae mortis merito expiauerit? Cur maiorem peccatorum nostrorum, quam satisfactionis per filium factae rationem habeat? Cur Christum pro nobis intercedentem rejiciat, quem ipse nobis aduocatū & mediatorum constituit? Sumus quidem peccatores, & quantum in nobis est, aeternum damnari mereamur. At quia fide Christum apprehendimus, illius iustitia omnem nostram iniquitatem sic contegit, ut haec in rationem coram illo amplius venire non possit. Verè igitur hoc dicit Christus: In iudicium non veniet. Et huic consentit Paulus, dicens: Nulla condemnatio est illis, qui sunt in Christo Iesu. Sed additur hic tertium quoque: Sed transfuit à morte in vitam. Est autem mors hominis duplex: 3. Transitus à corpore, alia animae. Vt enim corpus mori dicitur, quando spiritu vitali & anima destitutum mortuè inuita dissoluitur: Ita anima mors est, quando peccatis obruta vitam amittit, quae in vno Christo habetur. Ad vitamque referri debet ista promissio. Qui enim euangelium audiunt, & in hoc Christum fide vera amplectuntur, hi à morte peccati transeunt ad vitam, cuius regulam & exemplum ipse Christus nobis exhibuit. Imò etsi carnis affectibus adhuc sint obnoxij, spe tamen iam nunc cum Christo in caelestibus consistunt, & regnum Dei intra se habent, quando & salutis suae certi sunt, & spiritu ducem in actionibus suis omnibus sequuntur. Deinde eisdem à morte corporis ad vitam caelestem transeunt, quia illorum spiritus seu animae ad Christum redemptorem suum colliguntur.

Premium fidei triplex.

1. Vita aeterna.

2. In iudicium non ueniet qui credit.

3. Transitus à morte in uitam.

Mortis consi-  
deratio.

Sunt hæc dulcissima consolationis plena, quæ ut in nobis certior sit & efficacior, tota mortis con-  
ditio diligentius consideranda erit. Hanc per peccatum ingressam esse, scripturæ docent, & quia pec-  
cati reatu (quantum in nobis est) omnes homines tenentur, omnibus etiam moriendi lex incumbit,  
quam idem sancti vix omnis terræ dixerunt. Nam etsi credentes (ut modo diximus) à metu iudi-  
cij Christus liberauerit, tamen illis quoque quoad carnem moriendū est: partim quidem propter pec-  
cati reliquias, quæ carni nostræ quasi vinculo quodā indissolubili coherent, & quas per mortem ex-  
tingui atque auferri necesse est: partim verò propter carnem nostram, cuius ea est infirmitas, ut  
regnum Dei possidere non possit. Per mortem ergo eam aboleri oportet, ut olim omnibus infirmia-  
ribus liberata, & celestis regni capax facta resurgat. Hæc autem discrimen apparet, quod inter crea-  
dentes & fide deficiuos est ingens. His enim mors peccati pœna est, imò et transitus est ad inferna-  
les pœnas, quibus illorum animæ subijciuntur, mox ut ex corpore isto emigrant. Docent hoc propheta,  
ta, quando de impijs tyrannis loquentes, eos apud inferos colligi dicunt cum omnibus ijs, qui dæ-  
runt terrorem suum in terra viuentium. Vide Ezechiel, 32. Isa, 14. & infinitos alios scripturæ lo-  
cos, qui non aliter quàm de animabus illorum possunt intelligi: cum satis constet, corpora in nonissi-  
mo demum die resurrectura esse, ut pœnas suas subeant. At longe felicitior est credentium conditio.  
Quia enim illorum peccata remissa sunt, iisdem mors peccati pœna esse nequit, transitus autem est  
ex mortali hac vita & valle lachrymarum ad vitam & regni celestis consortium: quo illorum ani-  
mæ mox fruuntur, & quo olim etiam corpora fruuntur in die restitutionis omnium. Nam quod hic  
pollicetur Christus, latronis exemplo confirmat, cui ad se per fidem veram conuerso dicebat: Ho-  
die mecum eris in paradiso. Et Paulus hac spe fretus cupiebat dissolui & esse cum Christo: & idem  
sub Nerone in singulas horas mortem expectans, non aliud iam superesse sibi dicebat, quam iustitia  
coronâ, quæ per Christum omnibus in se credentibus parata est. 2. Timoth. 4. Videmus ergo, quam  
minimè formidabilis aut terribilis esse debeat mors ijs, qui se Christo per fidem in suos esse intelli-  
gunt. Per hanc enim illis tam animæ quàm corporis libertas vera obtingit. Anima enim corpori  
miseri vinculis soluta ad Christum euolat, & cum cælitibus, angelis nimirum & sanctorum spiri-  
tibus, gaudio celesti fruuntur. Corpus autem morte solutum obdormit, & liberatum morbis, fame, spe-  
stare & aduersis omnibus, resurrectionem expectat, in qua glorificabitur, & vna cum anima sua æ-  
ternum viuet atq; gaudebit. Quod verò de bonorum, voluptatum, aut etiam amicorum iactura qui-  
dam queruntur, ridiculum est. Relinquimus enim per mortem bona terrestria & momentanea, ac-  
quirimus autem celestia & æterna: relinquimus voluptates partim inonestas & quales in breui  
damnamus, partim multo felle conditas & instabiles, inuenimus autem sanctas & omnis amaritudi-  
nis expertes regni cælorum delicias: relinquimus amicos mortales, at interim in sanctorum con-  
ubernium recipimur, quorum memoria nunc quoq; nobis iucunda & sacrosancta est: neq; amittimus  
amicos, coniuges aut dulces liberos: sed breui secuturos præcedimus. Hæc & alia huius generis Paulus  
considerans, mortem lucrum suum esse dicebat, & idem cum illo iudicabunt, quicumq; hanc Chri-  
sti sententiam probe considerarint, & vera fide fuerint amplexi.

Animæ non  
dormiunt.

Consulantur hæc simul omnes, qui nouis sementis doctrinam hanc euertunt, & ita fidelis spem  
non minus impie quàm perniciosè labefaciunt. Quales sunt primò, qui animas post suum ex corpore  
discessum aut interire & mori, aut dormire aiunt. Si enim hoc verè dicunt, falsò Christus pronun-  
tiauit, credentes à morte in vitam transire. Idem inani spe deceptus animam suam Deo patriam  
mortuus commendauit. Et ridiculè nimis Paulus dissolui optauit, ut cū Christo esset. Sed verissi-  
mè hoc Christus pronunciauit, & certa fuit Paulo sui dicti ratio, quæ ex Christi verbis desumpsit.  
Impij autem & salutis humanæ hostes sunt, qui & Christo contradicere, & salutis fundamenta con-  
uellere audent. Deinde in eodem albo numerari debent, qui ignem illum lustralem excogitant,  
quem Purgatorium dixerunt, eò quod animas à peccatorum sordibus per illum expurgari oportet,  
priusquàm in celestis regni sedes recipiantur. Quorum audacia & impudentia multiplex est,  
& planè intolerabilis. Primò enim Christo derogant, cum igni suo fictitio illud tribuant, quod illius  
sanguini debetur. Nota est enim illa Ioannis sententia: Sanguis filij Dei emundat nos ab omni pec-  
cato. Si ab omni, quid igitur igni illorum reliquum fiet? Et Paulus ecclesiam à Christo purgatam dixit,  
ut nec rugam habeat nec maculam: quæ nimirum (ut supra diximus) coram Deo in iudicium  
71114.

Contra purga-  
torium.

veniat. Christus ite eos, quos ipse abluerit, non alia purgatione opus habere ait, quam qua pedes abluant, id est vita sua conuersationem quotidiano verbi sui & penitentiae studio a maculis abstergant. quas illos mundus et cognata corruptio aspergere solet. Deinde desperationis authores sunt isti impostores ijs, quos in mortis articulo constitutos pijs euangelij & salutis in Christo acquiretæ promissionibus consolari debebant. Quis enim non desperet, quando peccata quidē sibi ob oculos versari videt, expiationem verò illorum nullam vel videt vel audit, nisi quam inter dira illa ignis purgatorij incendia fieri oporteat? Accedit his sacrilegium, quando sub religionis & sacrorum expiatorum prætextu bona & opes aliorum inuadunt, & suis illis terculamentis efficiunt, ut morituri præteritis legitimis heredibus, bona sua ignavis Monachis & sacrificulis legare soleant, quò citius ex ignis huius carnificina liberentur. Detegit horum fraudes hac breui sententia Dominus, quam nos memori mente tenere decet, ut nec afflictionibus ullis, nec mortis terroribus spem salutis nobis eripi patiamur, quæ in Christo lesu fundata est, cui nec inferorum portæ prævalent.

At quia propter cognatam nobis carnis infirmitatem nulla consolatio hic nimia esse potest, pro missionem hanc suã Christus rationibus quoque confirmat. Mox enim addit: Amen dico vobis, quod veniet hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint, viuunt. Rursum autē iurandi formula vitur, quam in ista tractatione iam tertio adhibuit. Facit hoc Dei filius, nò quòd dubia sit verborū eius fides, & illa iureiurando confirmari opus sit, vel ut nos iurandi leuitati assuescamus; sed nostræ infirmitatis rationem habet, quæ eiusmodi rationibus oportet sulcari. Et primo quidem iurando nos ad diligentem eorum consideratione excitat, quæ tanto studio atque constantia ab illo proferri audimus. Quis enim iurantiem audiens Dei filium, non cogitet, rem maximi momenti esse oportere, cuius causa ille nobis iurare dignatur? Deinde dubitationibus medetur, quæ in ter salutis promissiones nobis oboriuntur, quando illas nostris rationibus non per omnia cõuenire videmus. Sed ò execrabilem impietatem qua sit, ut nec iuranti credamus, cuius omnia verba nobis sacrosancta esse debebant. Imò non desunt, qui iuranti contradicunt palam, & ab ipso proditam salutis doctrinam ferro & igne persequuntur. Atqui indignissimum facinus videtur, viri honesti verbis, quæ iureiurando interposito ille confirmauit, fidem derogare. Quanto igitur immanius scelus est, filio Dei obloqui, aut ea negare, quibus ille salutē nostrā in suo merito per solam fidē inueniri testatur?

Sed quid in præsentia dicat, audiamus. Veniet hora (inquit) & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint, viuunt. Vis argumenti in eo est, quòd non temere vitam æternam pollicetur ijs, qui verbo suo credunt, cum tanta vocis suæ virtus sit & efficacia, ut per hæc mortui quoque excitentur. Quòd ut facilius persuadeat, Dei filium se dicit, ita nimirum Dei potentiam illis in mente reuocans, qui in iudicio omnia per verbum ex nihilo creauit, simulq; monet ipsos, ne in infirma hominis ab ipso assumpti specie hæreant, sed in operibus suis relucentem diuinam maiestatem intueantur. Deinde se breui editurum dicit diuinæ virtutis specimina. Nam mortui (inquit) audient vocem filij Dei: & qui audierint, viuunt. Quæ verba simpliciter intelligi debent de ijs, quos nò multò post Christum ex morte in vitam reuocauit: nimirum Iairi filia, filio item vidua in Naim, & Lazaro Bethaniensi: quos omnes solius verbi sui virtute suscitauit, nò vllò alio medio adhibito, ut huic promissioni fidem faceret. Iairi enim filia dicebat: Talitha cumi, id est puella, tibi dico, surge: Et confestim surrexit, & ambulauit. Similiter vidua filio dicebat: Adolescens, tibi dico, surge: Et mox resedit qui fuerat mortuus, & cepit loqui. Ad Lazari verò sepulchrum magna voce clamabat: Lazare, veni foras: nec mora, prodiit mox qui iam quartum diem in sepulchro agebat. Et hæc quidem facere voluit Iesus, ut se vitam & mortis dominum esse doceret, & salutis promissiones confirmaret, quatenus summam modò audiuimus. Ut verò ista diuinam Christi potentiam euidentissimè asserit, sic verbi sui virtutem commendat, quæ non minor in multis alijs ipsius operibus eluxit. Eiusdem enim generis sunt, quòd verbo cæcorum oculos aperuit, mutorum linguas soluit, morbos prostragauit, ventis & mari imperauit, imò ipsos etiã demones ex obsessis exire coegit. Sunt hæc eiusmodi, ut ex illis abunde pateat, Iesum Christum æternū illud Dei verbum esse, cuius virtute omnia creata sunt. Atamē omnia hæc superat, quòd eodem verbo omnes gentes, quas in delictis mortuas & in densissimis errorum atque superstitionum tenebris sepultas satan multis seculis detinuerat, in vitam & lucem scãi eduxit, & totum illud tenebrarum regnum subitò destruxit, nequiquã ipsi reluctantibus

Promissio fidei  
rationibus con  
firmatur.

Vox filij Dei  
excitat mor  
tuos.

omnibus, qui tunc temporis totius orbis imperio potiebantur. Scimus enim quae tunc mundi conditio fuerit, quado & scelera impune grassabantur, & falsa sapientia per suasionem plerique sibi ipsi imponebant, & insuper miseros oculis suis demon dementabat, ut in praesens exitium ruerent, qui saluti suae imprimis cupiebant esse consultum. Erat haec mors omnium atrocissima, imò sepulchri hoc erat & vorago infernalis, ex qua nemo mortalium sua industria eluctari, aut aliorum auxilio extrahi poterat: eoque miserior erat, imò desperata plane humani generis conditio, quod & suo exitio omnes delectarentur, & pro illo tanquam pro salute publica omnes unanimi consensu pugnant. At quod impossibile factum erat hominibus, hoc per verbum suum Christus praestitit. Postquam enim peccata nostra in ara crucis morte sua expiauit, & mortem ipsam sua resurrectione vicit, mox in orbem terrarum emisit apostolos, qui non alijs armis, quam suo spiritu & verbo instructi superstitiones delellarunt, diaboli imposturas & imperium dissoluerunt, & profunda morte sepultos asseruerunt in libertatem filiorum Dei, in qua vitam sanctam & Deo gratam vixerunt, qui prius viuentes mortui erant, sicuti de vidua in delictis agente Paulus loquitur. Testantur hoc propheta etiam scriptores, qui illo tempore Deorum cultus passim collapsos esse, & oracula cessasse conueniunt. Sive ergo corpus siue animam spectemus, verisimè à Christo dictum est, mortuos audituros vocem suam, & victuros esse eos qui illam audierint.

Officiū eorum, qui Christi vocem audiunt.

Hic autem admonemur etiam, quid eos facere conueniat qui vocem Christi audiunt, imò quid reuera faciant quicumque illam verè audiunt. Audiuim olim vocem Christi filiae Iairi, & reuixit. Idem in filio viduae & in Lazaro euenisse dictum est. Audiuerunt postea Christi vocem in apostolis gentes, & à peccatis atque superstitionibus quasi in vitam reuocatae, Deo in spiritu ac veritate seruati. Et hunc verbi sui effectum perpetuum esse, Christus ipse testatur, quando ait: Oves meae sequuntur me, quia norunt vocem meam. Quotquot ergo oves Christi esse cupiunt, Christi vocem audiunt, & relictis operibus mortuis, id est peccatis, quae morti aeternae nos mancipant, illum sequantur, & se totum illius obsequio addicant, cuius sanguine se redemptos esse audiunt. Monet hoc grauius Paulus apostolus, cum Ephes. 5. scribit. Ne commercium habueritis cum operibus illis in frugiferis tenebris, sed potius etiam illa arguite. Et mox Christi dictum citat, quod huic tractationi probe conuenit: Excitare qui dormis, & surge à mortuis, & illucescet tibi Christus. Sed o infelices nostri seculi homines, qui insuperabili sua contumacia docent, quantus hodie sit reproborum numerus. Audiuerunt olim Christi vocem mortui, & reuixerunt. Audiuerunt caeci, & visum receperunt: muti, & linguis suis Deo glorificauerunt: claudi, & nouis viribus confirmati in illo exultarunt. Audiuerunt uem veni, & quieuerunt: mare praeterea & fluctus, & mox illius paruenerunt imperio. Audiuerunt praeterea vocem hanc demoniaci, & illi supplices facti sunt, qui prius nec catenis nec compedibus coerceri poterant. Imò audiuerunt hanc ipsi demones, & in suis illius sese obsequentes praebuerunt. Audiuerunt denique gentes, & stupenda est facta totius mundi mutatio, quae sapientissimos in admirationem addidit. potentissimos verò Monarchis terrorem incussit. At hodie cum vocem hanc omnium auribus & oculis Christus dicendo & scribendo ingerat, & simul ad hanc amplexandam prodigijs & signis deterrendis excitet: at amè illa à nominis Christiani professoribus contemnitur & rejicitur, ad haec conuictijs, calumnijs, ferro item & igne obruitur. Sed & inter eos, qui relictis crassioribus superstitionibus hinciori doctrina euangelij gloriantur, paucissimos est videre, qui à mortuis peccati operibus resurgant, & vero penitentia studio se in Christo viuere testentur. Est hoc euidentis nominisimè secuti argumentum, quo ille fidem in terris raram, adeoque nullam fore praedixit. Meminerint tamè infelices illi, fore diem illum, quando vocem filij Dei venientis in nubibus caeli, velint nolint, audire cogentur, ut ex mortuis resuscitati ad illius tribunal stantur, & in corporibus suis digna sua impietatis poenitentia recipiant, de quo in sequenti sermone prolixius dicetur.

Christus iudicij potestatem habet.

Ceterum reperit quod prius de potestate sibi concessa dixerat, ut & hoc suum dictum confirmet, & simul ostendat, hanc virtutem sibi propriam, adeoque naturalem, non accititiam esse. Et primo quidem dicit: Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. In semetipso habere id est quod ex seipso aliquid habere, & eius libera potestate frui, ut illud proprio arbitrio alijs communicare possit. Ita Sol lucem in semetipso habet, quia non aliunde accipit, & eandem reliquis creaturis communicat. Luna verò lucem quidem habet, sed non in semetipso habet: quia

à Sole illam accipit, & per hunc pro ratione cursus sui irradiatur, ut nunc pleno orbe splendeat, nunc dimidia parte tantum, mox autem omni lumine destituta quasi evanescat. Simili ratione vitam habent homines & animalia, sed non in semetipsis habent vitam fontem & causam, neque illam pro suo arbitrio vel alijs conferre, vel sibi retinere possunt: à Deo autem habent, qui cum ipsi visum fuerit, spiritum suum eripit, & mox expirant illa (ut in Psal. 104. dicitur) & abeunt in puluerem. At longè alia est Dei ratio, qui cum ipsissimus vitam fons sit, à nullo alio dependet, sed ex semetipso & in semetipso existit, & ideo ab aeterna illa existentia sibi nomen Iehoua imposuit. At quia illi coaeternus & consubstantialis est filius, hic quoque vitam similiter in semetipso habet, adeoque fons vitae est, de cuius plenitudine omnes accepimus. Neque aliquè hic moueat dandi verbum, ut patre minorem putemus filium, cum ille huic vitam potestatem dederit. Aut enim secundum humanam naturam loquitur Christus, & tunc propriè dicitur, potestatem hanc sibi datam esse, cum nemo hominum illam ex semetipso habeat. Aut si secundum divinam naturam hoc dictum esse intelligamus, sic quoque nihil absurdi aut incommodi sequetur. Nam ut D. August. exponit, pater filio vitam habere in semetipso, quia ralem genuit, qui vitam fons est, imò vita est ipsa. Quia verò illum ab aeterno genuit sibi consubstantialem, nihil nos prius aut posterius, & proinde nihil minus aut maius inter patrem & filium animo concipere debemus. Imprimis autem huius loci statum obseruare conuenit, qui est, ut Christum agnoscamus vitam auctorem esse & simul mortis dominum, qui propria virtute, quos ipse vult, viuificare & ex mortis faucibus eripere possit. Doctrina autem huius nobis usus sit, ne in mortis articulo constituti desperemus. Quid enim illa aduersus eos possit, qui Christo insiti per fidem, in illo vitam aeternam iam possident?

At quia nouissimam omnium resurrectionem sequetur iudicium, huius quoque potestatem & auctoritatem omnem ad se pertinere ait: Et potestatem dedit ei iudicium faciendi, quia filius hominis est. Videtur autem haec particula ad eius confirmationem facere, quod credentes dixerat in iudicium non esse venturos. Quia enim iudicij potestas omnis penes ipsum est, liberum ipsi est, quos vult, ab illius metu excimere, neque illum quisquam cogere poterit, ut aduersus suos seueriori examine vretur. Quod verò per causam redditione subiicit, Quia filius hominis est, bifariam ferè exponitur. Alij enim de assumpta hominis natura hoc dictum esse arbitrantur, cui potestas hac data sit, eò quòd illam ex semetipso non haberet. Et in hac sententia Cyrillus est, qui hanc particulam subiici dicit, ut intelligamus omnia sibi data fuisse ut homini, qui cum creatura sit, nihil habet à seipso. Idè quoque Augustinus sentit, qui inter alia sic scribit: Secundum quod est filius Dei, sicut habet pater vitam in semetipso, sic & dedit filio vitam habere in semetipso: secundum autem quòd filius hominis est, potestatem dedit ei iudicium faciendi. Item: Secundum hoc accepit potestatem iudicandi, quia filius hominis est. Nam secundum quòd Dei filius est, semper habuit hanc potestatem. Accepit qui resuscitatus est, accepit qui natus est, accepit qui crucifixus est. Alij verò ad aeternum Dei decretum hoc referunt, quo constitutum est, ut filius in assumpta hominis forma in nubibus caeli veniat ad iudicandum viuos & mortuos. Exposuit hoc David, quando Deum Domino suo, id est Messia ex se nascituro dixisse ait: Sede à dextera mea, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et Danieli mysterium hoc in visione quasi oculis spectandum exhibuit, quod ipse describit ad hunc modum: Spectabam in visis nocturnis, & ecce veniebat in nubibus caeli quidam ceu filius hominis, qui usque ad antiquum diuitem peruenit, eumque adduxerunt ante illum. Et dominatus est ei traditus, & honor, & regnum, ut omnes populi, nationes & linguae colant eum, &c. Quòd si ergo ad hoc respexit Dominus, Iudaeorum errori hanc particulam opponere voluit, qui tantam in illo maiestatem non poterant agnoscere, eò quòd nudum hominem esse putarent. Sensus itaque est: Offendit vos vilitas & contempta assumpti hominis species. At simul in animis vos reuocare oportebat prophetarum oracula, qui Messiam diuina gloria illustrem fore, inque humana forma ad iudicium olim venturum esse praedixerunt. Ne quid ergo distimulè, ego filius ille hominis sum, quem olim Daniel vidit, & proinde optimo iure mihi vitam & iudicij potestatem vindico, &c. Vterque sensus pius est, & instituto Christi probe conuenit: nec perperam nos facturos putauero, si vtrumque simul coniungamus: Quòd nimirum secundum humanam naturam iudicandi potestatem accepit, haec autem illi sit data, eò quòd non vulgaris homo sit, sed Filius ille hominis, quem secundum veteres promissiones Dei filius assumere debuit, &c.

Christus iudicij potestatem habet.

Illud enim ad declarandam Christi maiestatem faciet, & simul naturarum in illo distinctionem melius retinebimus, quam veteres diligenter obseruarunt ad haereses confutandas, quae circa hanc purissimum exortae fuerunt: nec minori studio hodie retineri debet, quando veteres errores quosdam pululare videmus. Quoad verò praesentem tractationem, obseruabimus in Christo Iesu nobis apertum esse fontem vitae, qui prius in Deo absconditus erat, ad cuius maiestatem nostra infirmitas appropinquare non poterat. Idem etiam in humana forma, imò verus Deus & homo ad iudicium venit in nubibus caeli, ut & impij efficacius arguantur, quando in tanta gloria eum videbunt, quem improbi contempserunt: & assumptae humanitatis gloria manifestetur. Horum itaq; cōsideratione excitati, audiamus verbum Iesu Christi, & in illo vno quaeramus vitam aeternam, quam cerèd consequentur, quicumque ipsum vera fide amplexi fuerint. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum, Amen.

## H O M I L I A XXXIX.

Ne miremini hoc: nam ueniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem eius: Et prodibunt qui bona fecerunt in resurrectionem uitae: qui uerò mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

**D**ocuit nuper Iesus Christus se verū esse Dei filium, & in hoc consistere vniuersam nostram salutis rationem, ut ipsum perinde ut Deum patrem honoremus. Imò, Qui non honorat (inquiritur) filium, nec patrem honorat, qui misit ipsum. Mox verò exposuit etiā, qua ratione cum ipse sum pater honoretur: Nimirum, si euangelium audiamus, & secundum illius praescriptum omnem salutem nostrae fiduciam in vno Deo collocemus. Et huic doctrinae promissionē addidit, quod qui hoc faciat, vitam aeternam iam nunc habeant, quam neq; mors neq; iudicij metus illis eripere aut interturbare possit. At quia hoc arrogantius dictum videri poterat, illud ipsum demonstratione euidenti confirmauit, docens, sibi datum esse vitam & mortis imperium vna cum potestate iudicandi, id quod tripliciter cognituri sunt, quando ipsius voce & virtute mortuos in vitam reuocari videant. His cōmodè promissionem de vniuersali omnium hominum resurrectione subiicit, & ne quis potestatem suam certis loci aut temporis finibus circumscriptam putaret, se illius quoq; auctorem fore docet. Est autem locus hic dignissimus, in cuius consideratione dies & noctes versetur. Nam ut in resurrectione à mortuis nostrae salutis complementum & certitudo consistit, sicuti Paulus 1. Cor. 15. diligenti demonstratione docet: sic huic articulo semper insidiatus est satan, ut hoc euerso, aut saltem labefactato, salutis quoq; fundamenta euerteret. Huius itaq; instigatione factum est, ut olim multi resurrectionis simpliciter negauerint, vna cum animarum immortalitate: alij verò subtiliori speculatione decepti, animarum transmigrationem in alia corpora finxerint: quem errorem inter Iudeos quoq; receptum fuisse, alibi diximus. Inter Christianos autem, docentibus adhuc apostolis, alij resurrectionem palam negabant, alij allegoriarū studio seducti, spirituales fingebant, quae in hominis regeneratione & renouatione spiritus consisteret: ex quorū numero Hymeneus & Philetus fuisse videntur, de quibus in posteriori ad Timotheum Paulus disserit. Et Petrus apostolus nouissimis temporibus illud fore praedixit, qui scurriliter rideant, quaecumq; de fine mundi, & nouissimo Christi ad iudicium aduentu dicuntur. At qui tales hodie passim audimus: & ut omnes sileant, effrenis tamē illa peccandi licentia & cum immani praepceptorum Dei contemptu coniuncta securitas, docet quā plurimos esse, qui cum morte omnia hominis simul interire arbitrentur. Quia verò impiorum sermonibus & generali illo mundi exemplo multi seducuntur, ut aut ipsedem errorem laqueus capiantur, aut saltem securiores fiant, multum proderit, breuem hanc Christi sententiam memori mente tenere, quae et resurrectionem mortuorum constanter asserit, & omnia complectitur, quae in hac causa nos, vel in rationibus consolari, vel in officio continere possunt, simulq; omnes rationes confutat, quibus impii illos huius articuli fidem oppugnant.

Argumento à maiori probat quod dixit.

Porro ijs quae praecesserunt, locū hunc connectens ait: Ne miremini, nam venit hora, &c. Non autem stupidos aut oscitantes esse iubet, qui nulla eorum admiratione ducantur, quae se saluare



xerat. Piorum enim est, opera Christi diligenter obseruare, & pia eorundem admiratione in fide cōfirmari. Illorum verò stuporem arguit, qui quod se facturum dicebat, impossibile esse arbitrabantur, & proinde verbis eius non credebant. Sensus ergo verborum hic est: Videor vobis plus quiddam dicere, quam prestare queam. Sed maiora adhuc restant, quæ per me confici oportet: quæ si cum paucorum resurrectione conferantur, qui mea virtute excitati à mortuis resurgent, suo splendore et maiestate omnia signa quasi obscurabunt, quæ in carne hac agens feci, et in posterum facturum sum. Venit enim nouissima illa hora, quando voce mea omnes excitabuntur, quotquot à mundo condito mortui sunt, & deinceps morientur, & tunc omnes homines, velint nolint, meam potentiam et diuinam maiestatem videre & agnoscere cogentur. Sunt autem verba hæc clara & perspicua: quare res potius, quæ vobis continentur, inspicere conuenit.

Primum, à tempore orditur, & horam venire dicit. Quo vocabulo diem certum iam nunc aeterno Dei consilio constitutum esse docet, quo ista fieri oporteat. Testatur idem Paulus, quando Atheniensibus dicit: Statuit diem Deus, quo iudicaturus est orbem terrarum cum iustitia. Agnouerunt hoc ipsum ex gentibus nonnulli, qui & mundi totius conditione, & Dei in huius administratione prouidentiam propius inspexerunt. Ouidius certe louem de incendio terris immittendo consultantem describens, inter alia sic ait:

Esse quoque in fatiis reminiscitur, affore tempus,

Quo mare, quo tellus correpra, regia cæli

Ardeat, & mundi moles operosa labore.

Consulantur ergo hic philosophi, qui mundum hunc æternum esse, & nec cepisse unquam, neque finem habiturum esse dixerunt. Quæ enim ratio foret, homines omnes intermori, quorum gratia mundus hic creatus est, hunc verò æternum manere? Non tamen eum temere interiturum putemus, horam certam illius fini Deus destinauit, sicuti singulis quoque hominibus certos vitæ dies constituit. Vt verò mortis nostræ horam nobis ignotam esse voluit. Itaque nouissimi quoque diei articulum nos calauit, quod minus socordie locus esset, & illius expectatione ad salutis nostræ curam diligentiores excitaremur. Est igitur impia & perniciofa illorum temeritas, qui vel diem, vel mensem, vel annum inquirunt, quo Christus venturus sit, cum hic apud Marcum discretè testetur, diem illum angelis quoque, imò & sibi ipsi, quatenus homo est, incognitum esse. Obseruabis autem hoc loco dici: Venit hora, non Veniet. Ita enim dicendo docet, horam illam iam nunc in suo cursu esse, & in singula momenta appropinquare. Facit huius consideratio multum ad excutiendam nobis animorum securitatem & frenandam carnis licentiam. Vt enim serui, licet negligentes sint, quando herum peregre subsistere & moram trahere norunt, mox ad officium redeunt, si illum iam iter ingressum esse & rectam domum properare intelligant, & se simul atque sua omnia ad illum aduentum preparant: Ita quamuis interdum nobis sopor obrepat, & carni licenter nimis indulgeamus, quando illius diei obliuiscimur, mox tamen nouus pietatis ardor accenditur, si horam illam uicinas propius accedere cogitemus, & fortassis iam nunc in foribus esse, dum multi sibi ipsi adhuc infinita secula pollicentur, quibus hunc mundum durare oporteat. Sed o infelices nos, qui cum mortis nostræ hora nobis imminere sciamus, deus eius improviso aduentu exemplis quotidie nouis, & sepe per quam horam ad nos admonemur, & simul Christum ad iudicium venturum audiamus, cuius preludia non obscura nobis ob oculos versantur: securi tamen ludimus, comessamus, libidinemur, & in omne scelus impudenter ruimus. Vnde verò hoc? Ex eo nimirum, quod cum malo illo seruo in corde nostro dicimus: Tardat dominus meus venire. At simul cogitandum erat, quod hic dicitur: Venit hora: Et quod de improbo illo seruo Christus loquens, addit: Veniet dominus serui illius in die quo non expectat, & hora qua non nouit, &c. Vide item 1. Thess. 5.

Secundo, quid in illa hora fieri oporteat, videamus. Omnes (inquit) qui in monumentis sunt, au diene vocem filij Dei: & prodibunt, &c. Sensus est, mortuos omnes sua virtute resuscitandos esse in nouissimo die. Quod verò paucis hic dicitur, ex spiritus Christi reuelatione Paulus diligenter exponit, & quasi historiam future resurrectionis contexit. Nam 1. Corinth. 15. sic scribit: Ecce, mysterium vobis dico, Non omnes quidem obdormiemus, sed omnes mutabimur in momento & iactu oculi ad vitam eternam (canet enim) & mortui suscitabuntur incorrupti, & nos mutabimur. Et in priori ad Thessal. cap. 4. Hoc vobis dicimus verbo Domini, quod nos uiui, qui reliqui erimus in aduentu

Tempus resurrectionis uniuersalis.

Historia resurrectionis nostræ.

lo distinctionem  
quæ circa has  
ores quod die pul  
nobis apertum  
miras appropin  
tū venit in nu  
, quem improbr  
ratione excitati  
cerdō consequen  
ia & potestatis

monu  
tū in re  
iudicij,

er sam nostram  
honorat (inquit)  
cū ipse sum p  
omnem salutem  
d qui hoc factus  
aut interituri  
e evidenti conf  
di, id quod prop  
Hic comode p  
er suam certit  
et. Est autem h  
surreptione à m  
lignenti demer  
refectato, salu  
esurrectionis su  
atione decepti  
s quoque recept  
receptionem pal  
eneracione & r  
lenent, & quib  
poribus illi ser  
ad iudicium ad  
am illa peccat  
am plurimos eff  
meritis & g  
tur, aut salu  
tenere, quæ & r  
la nos vel in r  
tat, quibus imp  
hora, &c. No  
na se saluati s  
xerit

Domini, non praeueniemus eos qui obdormierunt. Nam ipse Dominus cum hortationis clamore, & voce archangeli ac tuba Dei descendet de caelo; & qui mortui fuerint in Christo, resurgēt primū. Deinde nos viui, qui reliqui erimus, rapiemur simul cum eis in nubes, in occursum Domini in aere, & ita semper cum Domino erimus. Debent etiam huc referri, quae in Apocal. cap. 20. narrantur. Vidi thronum magnum candidum, & quendam ei insidentem, a cuius conspectu fugit terra & caeli, quorum locus non est inuentus. Et vidi mortuos magnos & pusillos, stantes in conspectu Dei; & libri aperti sunt; & alius liber apertus est, qui est liber vitae; iudicatiq; sunt mortui ex ijs, quae scripta erant in libris, secundum opera eorum. Et reddidit mare mortuos quos habebat: Mors quoq; & infernus reddiderunt mortuos quos habebant. Et iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Infernus autem ac mors coniecti sunt in stagnum ignis; quae est mors secunda. Et qui non inuenti sunt in libro vitae, coniecti sunt in stagnum ignis; &c. Adde his quae ab ipso Domino apud Mattheum Cap. 24. & 25. dicuntur, & plenam habebis diei illius historiam; quam nouisse oportet propter eos, qui dum mira & ineffabilia quaedam hic fingunt, corporū veritatem exinaniunt, & pariter in dubium vocant praecipua huius tractationis capita. Proderit ergo quaedam diligentius excutere; inter quae de quibus hic sermo fiat, quae item futura sit corporum resuscitatorum conditio.

Qui nam resur-  
recturi sint?

Quoad primū, de ijs loquitur Christus, qui in monumentis sunt. Quod nō ita accipi debet, quod non etiam resituenti sint, qui vel in aquis suffocati, vel ignibus cremati, vel in aere consumpti, vel a bestijs deuorati, sepulturae honore caruerunt. Nam vt ex loco Apocalypsis didicimus, mors etiam eos reddet, qui in ipso perierunt, imō mors & infernus reddent quoscunq; absumpserunt. Quibus verbis Apostolus omnes mortis species intelligit, quae homini possunt accidere, & sub his eos quosq; comprehendit, qui viui vnā cum corpore & anima ad inferos descendisse leguntur, quales fuerūt Cor. 15. Dauid & Abiram. Voluit tamen sepulcorum meminisse Christus, vt certius constaret, ipsa corpora defunctorum resurrectura esse, & quidem illa ipsa, in quibus vixerunt, & quae post mortem resoluta ad materiam eam redierunt, ex qua primū desumpta fuerant. Docet hoc passim scriptura, & sciat certē Cap. 26. ait: Mortui tui uiuent, qui corpus meum sunt, resurgent. Expergissimū & inbilli habitatores pulueris, id est vos, qui in sepulchris in puluerem reducti estis. Danieli item angelus dicit: Multi qui dormiunt in terra & puluere, resurgent. Dan. 12. Omnia verō euidētissimē Iohannes mysteriorum hoc explicat, qui in summis angustijs suae salutis fiduciam exponens ait: Nō ui ego, quod vindex meus uiuit, & nouissimo die adhibebit suam virtutem pulueri. Postquam verō circumdeditur hoc cute mea, spectabo Deum ē carne mea. Quem ego mihi contemplantor, & oculi mei videbunt, & non alius. Ea ergo ipsa corpora resurgent, quae in hac vita gestamus, & quae in morte cadunt, & resoluuntur, sicut in Symbolo apostolico profitemur. Et vt id fiat, non modō salutis nostrae tamquam verumetā Dei iustitia exigit, quae salua esse nequit, nisi in eo corpore retributio fiat, in quō vel pie vel impie viximus; & quod nobis tam ad bene quam ad male agendum obsequium praestitit. Tractauerunt argumentum hoc orthodoxi patres diligenter, quando resurrectionem aduersus philosophos & haereticos ruerunt, qui scripturae sacrae testimonia nō recipiebant, vt in Athenagora libro de Resurrectione & in Theodoretī Sermone 9. de Providentia, est videre. Itaq; non Christum modō & scripturas omnes falsi arguunt, qui corporum resurrectionem negant: sed ijdem Dei quoq; iustitiam ē in medio ostendunt, & proinde Dei hostes sunt, & religionem omnem impie conuellunt, vt alibi pluribus est dictum. Nunc illud obseruatu cum primis dignum est, corporum nostrorum resurrectionem nullo vel mortis genere, vel cadaverum tractatione, vel etiam sepulturae loco prohiberi aut impediri posse. Sine enim morbis conficiamur, siue morte violenta occumbamus, tamen mors olim nos reddere cogetur, cum dies ille restitutionis omnium venerit. Similiter siue in locis sacris honorificē sepeliāmur, siue cetero meliose abijciamur, aut etiam barbara crudelitate dilaniemur, vel in cineres redigamur: tamen quoq; corpora resurgent. Est ergo hinc consolatio petenda in morbis corpus totum depascentibus, & tormentis carnis & in suppliciorum nouorum terroribus, quae immanes tyranni aduersus nos excogitare solent. Praeterea superstitionibus haec doctrina medetur, ne ex sepultura loco nobis quam salutis prerogatiuam polliceamur. Est enim omnis terra Domini, & vt omne solum terra patria est, ita vbique locorum bene cubant piorum ossa, quae in magno illo die carne & cute resurgent, & stitit ad beatam immortalitatem resuscitabuntur. Relinquamus ergo superstitionem sepulturae &

paratum hominibus auaritia, quibus lucri odor ex re quavis dulcis est, nos vero ut in vera fide moriamur, curemus: corporis vero nostri curam relinquamus heredibus: qui si pij fuerint, honore debito nos non fraudabunt: si vero impij & inhumani fuerint, sua tamen immanitate saluti nostrae nihil officient.

Quae autem corporum nostrorum conditio post resurrectionem futura sit, Paulus vno verbo docet, quando mortuos resurrecturos ait incorruptos. Hoc ipsum vero ipse paulo ante diligentius exposuit rat hisce verbis: Seminatur corruptioni obnoxium, suscitatur incorruptum. Seminatur ignominiosum, suscitatur gloriosum; seminatur infirmum, suscitatur potens; seminatur corpus animale, suscitatur corpus spirituale. Spirituale autem corpus dicendo, non de essentia, sed qualitate corporis loquitur: & animale corpus dicit, cui anima vitales vires praestat, & proinde corruptioni obnoxium est, & quotidiana instauratione opus habet: ita spirituale corpus vocat, quod Dei spiritu animatur, nec ullis externis adminiculis opus habet. Erunt ergo corpora in resurrectione incorruptibilia, immortalia, clarificata atque gloriosa. Vbi diligenter obseruabis, clarificationem corporum essentiae & veritati nihil derogare, ut quidam somniant, qui illa deusque eius conditionis esse fingunt, ut nullo certo loco consistantur, sed vbiq; sint simul. Alibi enim horum errorem Apostolus manifeste confutat, quando corpora nostra corpori Christi glorioso similia fore dicit. Philip. 3. At Christi corpus post resurrectionem visibile & palpabile fuisse, carne & ossa habuisse, imò comedisse & bibisse (quamuis cibo & potuiam non amplius opus haberet) & certis locorum spacijs fuisse circumscriptum, Euangelistae & Apostoli adeo luculenter testantur, ut illud negare non insanum modo, sed impium sit figmentum, quod confutationem nullam meretur. Itaque clarificatio non aliquid ex corporis substantia adimit, sed illud vniuersi liberat, quae ex peccato nobis inhaerent, qualia sunt morbi, fames, sitis, lassitudo, corruptibilitas denique, et ipsa mortalitas: quam omnino auferri oportet, quia mortale corpus nec caelestis regni capax esse potest, nec aeternis inferorum poenis sufficere. Plura de his si quis videre cupiat, legat D. Hieronymi Epistolam ad Pammachium de erroribus Ioannis Hierosolymitani.

Nunc ad Christi verba redeamus, qui docet etiam cuius virtute corpora nostra resuscitanda sunt: sua nimirum, cuius vocem audituri sint mortui, & prodituri in vitam. Vocem hanc Apostolus clamorem hortationis, tubam Dei & vocem archangeli dicit. Vbi nos non tam vocem aliquam externam, quam huic coniunctam Christi diuinam virtutem imaginari oportet, cuius operatione illud omne perficietur. Huius consideratio nobis firmissimi argumenti loco esse debet, & omnem ex animis nostris dubitationem eximere. Cur enim impossibile putemus ad eius vocem mortuos excusari, qui solo verbo suo totam hanc mundi machinam produxit? Vel cur difficilius videatur id quod aliquando fuit restitueri, quam quod nunquam fuit ex nihilo creare? Quod si vero alicui etiam mundi creatio dubia adhuc esset, illum ego ad ea respicere iubeo, quae quotidie in rerum natura fiunt, & infinitis exemplis resurrectionem mortuorum adumbrari, & huius promissiones confirmari videbit. Concipitur in vtero matris infans, & ex liquido semine res multum inter se diuerse nascuntur, caro, ossa, nerui, vena, vngues, pili: & in vtero anima vitali donatur, ibi viuit, nutritur, mouetur, & tandem inde ceu ex sepulchro in lucem prodit. Quis adeo stupidus esset, qui in his typum resurrectionis non agnoscat? Eadem est seminis in terram proiecti & glebis obruti ratio. Hoc enim postquam emortuum fuerit, germinat, atque ad suam maturitatem perductum fructus fert vberrimos. Imò terram ipsam inspicimus, quae vna cum plantis sub hyemem quasi moritur & torpida iacet, vere autem inuente nouos (ut sic dicam) spiritus concipit, & reuiuiscens habitum nouum induit, & suas nobis diuitias liberaliter depromit. Sic inter noctem & diem quadam mortis atque resurrectionis imago est, dum nocturne tenebrae mundum totum quasi sepeliunt, eundem vero aurora atque sol exoriente noua luce perfundunt, quae ipsius vita dici potest. Sed ad hominem redeamus. Annon illum quotidie somno opprimi videmus, qui & sensuum & rationis usum omnem adimit, ut non immerito quidem hunc mortis fratrem dixerint: at eodem excusso sibi ipsi homo restituitur? Sed & inter bruta animalia vsos & mures alpinos totas hyemes absque cibo & potu dormire, & somno tam profundo sepultos iacere constat, ut nulla agitatione, imò ne vulneribus quidem excitari queant, donec redeunte ad nos verno tempore euigilant, exque suis caernis in lucem prodeunt. Haec (inquam) & infinita alia, cum quotidie fiant, quae ratio nos mouet, ut ad resurrectionis mortuorum mentionem perinde obstupeamus, ac si quid nouum & insolens, vel factum impossibile praediceret.

Corporum resuscitatorum conditio.

Cuius uirtute resuscitandi sunt mortui.

tur? At dicit aliquis, ista secundum naturam leges fieri. Fateor. Interrogo autem, quae nam ista natura lex sit, quae haec omnia administrantur? Vbi aliud responderi non potest, quam divina voluntatis decretum sine constitutionem esse, ut ista ad hunc modum fiant, & suis (ut modo diximus) vicibus sibi inuicem succedant. At qui eiusdem voluntatis divinae decretum est, ut mortui reuiuiscant, & corpora nouissimo die excitata resurgant. Non minus ergo, quam quotidiana ista, resurgant quoque mortuorum secundum naturam, id est, diuinae voluntatis omnia gubernantis leges obtemperantur a dici poterit. Quod si qui adhuc negare uolent, ostendant illi quid obstat, quod minus olim eadem si futura diuinae voluntatis uirtus atque efficacia, quae hodie in ijs relucet, quae hucusque commemorauimus? Videant denique isti homines, quam absurdum & iniquum foret, terram cum plantis & arboribus quotannis reuiuiscere, hominem uero creatorum omnium principem, cuius ergo totus hic mundus conditus est, semel extinctum morte aeterna sepeliri? Haec certe qui probe expendunt, & cum rationibus istis scripturas conferunt, in resurrectionis fide ita confirmabuntur, ut mox intellecturi sint, hanc in Dei uoluntate & potentia ita fundatam esse, ut impediri nullo modo possit: & proinde illufores illos Epicureos facile contemnent.

Finis resurrectionis.

Ceterum uideamus, in quem finem mortui resurrecturi sint. Prohibent (inquit) qui bona fecerunt, in resurrectionem uitae: qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Finis ergo omnium erit remuneratio, quae pijs quidem promissa aeternae beatitudinis praemia reddentur, impijs uero penis sempiternis multabuntur. Et ista haec etiam causa resurrectionis, quae hanc necessariam esse & uicino fieri oportere docet. Quia enim in hac uita remuneratio rarissima, & ferè nulla est, cum plerumque boni afflictionibus assiduis exerceantur, mali uero insolenter & impune agant omnia: in alio seculo fiat oportet, nisi iustitiam quoque Dei unam nobiscum interire aut euanescere dicamus. Remuneratio autem nec uera nec perfecta erit, nisi corpora nostra uel promissam gloriam recipiant, uel denunciatas penas sentiant, sicuti supra quoque diximus. At hic primò obseruabimus, in die illi preparationem illam fore, de qua sepe concionatur Christus, & quam olim in prophetis non uano loco praesentat. In hoc quidem seculo pijs impijs permixti uiuunt, & in eodem Domini agro zizania cum tritico succrescunt, id est, rete euangelicū omnis generis pisces, tam bonos quam malos attrahit: quod ut molestissimum est, ita infirmos in fide uehementer offendit, qui interdum de Dei providentia & uoluntate dubitare incipiunt. Sed non perpetua erit ista mundi huius conditio. Veniet enim ad iudicium filius Dei, & pijs ab impijs, ut agnos ab haedis, separabit, & utriusque prout fecerunt rependet. Nemo ergo uel simulatae sanctimoniae fucus aut uidentis fortunae successus confidentem reuadat, & perpetuae impunitatis spe inebriet. Nemo uero impiorum exemplis offendatur, aut propter illos temere ab ecclesia discedat, sed expectet diem illi separationis, ne dum ipsi, bono quidem sed inconsiderato zelo, zizania impunitius extirpare conamur, una cum illis tritici quoque, euellamus, et ecclesias miserabiliter dissipemus.

Ratio nouissimi iudicij.

Deinde quae huius separationis ratio futura sit, indicatur. Nimirum quatenus uel bona uel mala egerunt homines. Ergo operibus (inquit) & meritis hominum uita aeterna debetur? Minime. Nec enim de merito salutis, aut huius propria causa hic differit Christus, sed eternam notam reddat, ex qua salutis & regni caelestis haeredes agnoscuntur: & quia hanc non ex nobis ipsis habent, illa ut merito non possumus gloriari. Quoniam enim in peccatis concepti & nati, & ideo naturam corruptam atque peccatores sumus, boni nihil faciunt, nec facere possunt, nisi qui ex fide renati, Christi spiritu animantur, qui in nobis operatur & uelle & facere. At fides illa Dei donum est, quod non promouetur omnibus, sed solis electis datur. Ergo uita haereditas ad hos quoque, solos pertinet, & illis uel uera est gratia Dei fauor, quo nos priusquam hic mundus cõderetur, in Christo elegit. Ideo in apocalypsis loco, quem supra adduximus, secundum opera quidem hominum Christus iudicaturus dicitur, sed ibidem mentio fit libri uitae, & in stagnū ignis omnes eos conijci docemur, qui in illo non sunt scripti. Neque ideo alicuius iniquitatis Deus accusari debet. Nam qui damnantur, propria iniustitia meritis suis, cuius ipsi aut hores sunt, cum suapte natura peccent, non uita peccandi necessitate premiani generis massa excimere, & filij sui iustitia ornare dignatus est, quae ipsorum iniquitates obtegatur, ne in iudicio illo Dei in ratione ueniant. Iudicatur ergo & damnantur impij propter opera mala, quae ex innata & propria malitia fecerunt, cum Christo careant, qui solus illa tollere uolens

gere potest. *Vita autem heredes sunt pii, quia Christum fide amplexi, huius merito liberantur, ne peccata ipsis imputari possint. At tamen de his quoque, agens Christus operum mentionem facit, ut in anem & fucam fidei professionem distinguat à vera fide, quam operum bonorum feracissimam esse, alibi diximus: que tamen ipsa coram Deo non aliquid merentur, eo quod illis quoque, ex carne nostra semper aliquid scorie adheret, quam Christi sanguine & merito elui oportet. Itaque, fides in Christum sola, causam nostram in extremo illo iudicio sustinebit, que & Christi confortes reddit, sic electionis nostre signum est infallibile.*

Præterea autem hoc quoque, observabimus, iudicium illud Christi, quod in resurrectione fiet, novissimum fore, & in æternam duraturam sententiæ, quam tunc feret, executionem. *Erit ergo æterna & nullis fortune ludibrijs obnoxia piorum felicitas: Æternus quoque, erit impiorum cruciatus, quorum ignis (ut alibi scriptura docet) non exinguetur, neque vermis morietur. Verè ergo hic elucet immensa Christi potentia, que deitatis ipsius verè testimonium est luculentissimum, quando hic omnia concurrunt que solius Dei opera sunt, Creatio nimirum, Viuificatio, Iudicium, & quæcumque, ex illo dependent. Transferamus autem ista ad nostram institutionem: & primò quidè agnoscamus ex his Iesum Christum, & in illius merito omnem collocemus nostre salutis fiduciam. Patienter itè feramus quæcumque, in hoc mundo nobis incidunt afflictiones, neque nos impiorum conatibus terreri, aut à fide deiici pati mur: fidei autem professionem vitæ et morum innocentia confirmemus, ut olim in magno illo die ex mortuis resuscitati lata conscientia in conspectu Iesu Christi comparere, & cum illo ad regni nobis promissi hereditatè ingredi possimus. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.*

H O M I L I A XL.

Non possum ego à meipso facere quicquam: sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est: Quia non quero uoluntatem meam, sed uoluntatem Patris, qui misit me.

**G**rauer admodum per Isaiam prophetam Deus pronunciat: *Annon ego Dominus? & non est alius Deus præter me, Deus iustus & Saluans nullus præter me. Que sententia & non nostre salutis gloriam vni & soli Deo vindicat: Ita non obscure innuit, neque Christum à nobis Saluatorem & Redemptorem agnosci posse, nisi illum Deum verum esse certò nobis constet. Non tam ergo sua primata gloriæ causa, quam propter publicam humani generis salutem, Iesus Christus suam Deitatem aduersus Iudæos tam prolixè & constanter asserit. Præcipuum verò huius demonstratio nis argumentum est, quòd Viuificandi potestate se instructum esse ait, quam solius Dei esse omnis scriptura docet. Ea autem occasione digressus est nuper in locum de vniuersali mortuorum resurrectione, quam sequetur iudicium illud postremum, in quo promissa sibi vitæ æternæ præmia pii recipient, impij verò & à fide alieni sempiternis penarum infernalium cruciatibus adiudicabuntur. Que omnia in eum finem à nobis considerari debent, ut ipsum agnoscamus seruatorem nostrum & euangelij præceptis obtemperemus: ne iudicem iustum & seuerum vindicem cogamur sentire, quem salutis auctorem & magistrum nolumus agnoscere. Facit autem ad huius doctrine illustrationem & confirmationem locus hic, quem modò recitauimus: quo primum probat, se non temeraria & furili arrogantia tantum honorem sibi ipsi vindicare, sed hunc sibi meritò deberi: deinde iudicium suum iustissimum fore docet, nec aliquem habiturum, quod de eius æquitate conqueratur.*

Reperit autem quod supra dixerat, se nihil posse facere ex seipso, & illud ad locum præsentè accommodat, docens se iudicandi potestate naturaliter (ut ita dicam) esse instructum. *Non possum (inquit) à meipso facere quicquid: sicut audio, iudico, &c. Humilius autè de seipso loquitur, ut alibi monuimus, ut aduersariorum de se conceptæ opinioni respondeat, qui ipsum nudum hominè esse arbitrabantur. Sensus itaque, est: Vobis quidè absurdum et insolens videtur quod dico, quia in vilem humani tatis assumptæ speciem intenti, sub hac latentem deitatem ignoratis. Sed ut paulò ante dixi, eam esse uerè patrem & me coniunctionem, ut nihil possit ab alterutro fieri, in quo non alterius quoque virtus atque maiestas resurgat: Ita hic quoque, illud obseruare oportet. Neque enim nego iudicandi potestatem vni & soli Deo competere: sed quia ego & pater Deus vnus sumus, & ille per me, ego in illo omnia*

Christo iudicium debetur.



facio, eadem quoque ratione me iudicem olim venturum esse dico: & iudicium illud non humana ratione, sed diuina virtute administrabitur. Nam sicut audio, iudico. Id est, sicuti pater iudicat, sic etiam ego, cum ab illo diuelli aut separari nullo modo possim. Ita verò impietatis crimine sese liberat, ne morte digni putent, si ea sibi vendicare ipsum audiant, qua omni scriptura teste, vni & soli Deo ascribi debent. Quo argumento hodie etiam aduersus Iudaos pugnare debemus, qui nos impietatis & idololatrie accusant, quòd salutis spem & fiduciam in Christum collocemus, quem hominè fuisse & in terris vixisse non possumus negare. Atqui non cupimus illud negare, quin potius eo gloriemur, quòd qui verus & aternus est Dei filius, & quem veteres etiam prophetae Iehova vocant (quòd nomen Dei essentiale & proprium est) propter nos homo fieri, vitam in terris mortalem agere, & pro nobis mori dignatus est. Libenter item amplectimur quaecumque de eius humiliatione dicuntur, cum eundem ab aeterno Deum verum esse, & illius carnem quoque in caelestis & diuinae gloriae consortium euetam esse sciamus, iuxta illud Davidis: Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextera mea, &c. Frustra ergo humanam Christi carnem impij illi nobis exprobrant, cum fidei nostrae basis & fundamentum sit ipse Deus, qui (vt veteres promissiones & prophetarum oracula fore praedixerant) in carne manifestatus est, vt nostra redemptionis negotium perageret.

Iudicium Christi  
iustum est.

Sequitur altera huius loci pars, qua iudicium suum iustum & equum esse docet. Quod est ex eo euidentissimè colligi queat, quòd modo dixit, adhuc tamen aliam rationem proferit: Quia non quæro voluntatè meam, sed voluntatè patris, qui misit me. Quia enim extra controuersiam est, Dei voluntatè iustam & æquissimam esse, fieri nequit, vt iniuste quicquam pronunciet, qui hanc obseruat, & vnice querit. Atqui hoc ego facio (inquit Christus) & ideo iudicium meum nullius iniquitatis insimulari poterit. Est autè in hisce locutionibus simpliciter retinendus finis & scopus Christi, ad quem ipse hæc omnia dirigit: ne illorum contentionibus transuersi abripiamur, qui hinc disputandi occasionem arripuerunt de voluntate Christi. An nimirum ea à patris voluntate diuersa sit, & quomodo à peccati macula eximi possit Christus, cum sibi voluntatè aliam tribuat, quàm qua patris est, & qua sola absolutè sancta & iusta est? Atqui nihil tale hic dicitur, sed in hominis personam, quam solum in ipso agnoscebant aduersarij istud dicit, vt ostendat, se non humano affectu abripi inter iudicandum, vt is fieri solet, qui carnis voluntatè & rationem sequuntur. Quia enim ratio aut amore aut odio occupati sunt, aut etiam multa ignorant quæ ad causæ propositæ cognitionem pertinent, adhuc oratorum & causidicorum sophistica decipiuntur, fieri non potest, quin iniquius aliquando pronuncient. Id verò abs se alienissimum esse ait Christus, & ex aduersariorum sententia sibi voluntatè hic tribuit, quàm minimè habebat, corruptam nimirum et deceptionibus obnoxiam. Est igitur hoc loco intempestiua disputatio de voluntatibus in Christo, & ineptè faciunt (ne quid grauius dicam) qui eius verba ad finem alium detorquent, quàm qui ipsi propositus fuit. Negatamen Monotelitè patrocinaur, sed vt in Christo naturam diuinam & humanam agnosceremus, quæ voluntates quoque illi duas tribuimus, non tamen pugnantes, & proinde peccato minimè obnoxiam. Quoad enim diuinam naturam, eadem omnino filij voluntas est qua patris. Quoad verò humanam naturam, crucem quidem horruit & mortis supplicium deprecatus est: non peccauit autem, quia se totum patris voluntati subiecit. Plura de hoc argumento in Marco nostro Homil. 120. diximus. Nunc omisit disputationibus superuacaneis, tractationis huius capita obseruemus, quæ sunt Christo omnè iudicandi potestatem esse à Deo patre traditam: Deinde venturum hunc certè iudicem in nouissimo die: Postremò iudicium hoc fore iustum. Summa itaq; hæc nobis cura sit, vt coram illi iudice possimus comparere. Quia enim iustus est, scelera impunita non sinet. Rursum ex eo consolationem petamus in aduersis & persecutionibus, quòd remuneratorem olim venturum scimus eum, pro cuius nomine nunc affligimur. Caterum vt huius loci consideratio amplius nostra iustitiam & consolationem feruat, duo hic erunt nobis excutienda.

Iudicia Dei semper  
iusta sunt.

Primum, Dei iudicia semper iusta & æqua esse, nec quenquam de illis debere conquiri. Testatur hoc passim scriptura, neque alia esse possunt, cum ille iustus sit, adeoque iustitia æterna sit. Ex parte autem idem omnes homines, quando ipsis bene est, nec aliquid aduersi sentiunt. Quando autem vel mortis diuturnis excruciantur, vel egestate & fame premuntur, vel persecutionibus exercentur prope veritatis confessionem, florentibus interea & felici otio abundantibus impijs & manifestis Christi

hostibus, tunc de Dei iustitia dubitare incipiunt, & mox audiuntur voces istae: Cur via impiorum prosperatur? & cur feliciter agunt qui impudentissime prauaricantur? Quod usque Domine clamo, & non ex audis? Multi denique eo usque progrediuntur, vt Deum vel mortalia prorsus negligere dicant, vel etiam sceleratorum studijs delectari, & proinde nos ipsi frustra seruire clament; quales fuerunt, de quibus Malachias Capite tertio differit. Neque impijs modo & carni per omnia deditis istae cogitationes obrepunt, verum etiam pijs interdum tale quid in mentem venit, sicuti in Asaphi exemplo videmus, qui de semetipso Psal. 73. sic scripsit: Parum absuit quin nutassent pedes mei, serè effusi fuerunt gressus mei. Nam vrebatur me emulatio propter stultos, cum prosperitatem impiorum viderem, &c. Prodest ergo nos in hac causa diligenter institui: & primo quidem probè tenendum est, nihil posse Deo vel inuito fieri, cum omnipotens sit, & ipsius providentia ad res omnes extendatur. Quod vt in scripturis vbique traditur, ita in totius mundi gubernatione palam conspicitur: & in rebus minimis adeo manifestè elucet, vt gentium quoque philosophi illud agnoscere potuerint. Deinde cogitemus non posse quicquam ab illo iniuste fieri, qui legitimum habet in omnia imperium, & cuius sunt omnia qua totus hic orbis continet. Siue ergo opes eripiat, siue viribus & valitudine nos spoliaret, siue coniugem & liberos auferat, nihil tamen alienum rapit, sed quod suum est sibi vendicat. Eadem est ratio in persecutionibus, exilio & reliquis aduersis omnibus. Quia enim ipsius opus sumus, liberum illi est pro suo arbitrio nobiscum agere. Adhuc, affectus prauus in illum cadere non potest, cum ex ijs quae nobis accidunt, nihil ad illum commodi aut incommodi possit redire. Quoad verò afflictiones piorum & prosperitatem impiorum, multa sunt, quae illi Dei iustitiam asserunt. Primo enim iustum est, vt mundi scelera puniatur, iudicia sua à domo sua exordiat, ne quis illum in suis ea probare putet, quae in alijs seueriter punit. Deinde exigat hoc immana nobis corruptio, vt disciplina arctiori in officio contineamur, quando optimi quique in secundis aut negligentiores fiunt, aut aperè etiam lasciuunt. Tertio afflictio- nes merito ijs immitteri cogitemus, qui beatae immortalitatis haeredes fieri cupimus. Cur enim non cum Christo affligantur, qui cum illo viuere & regnare volunt? Postremo, vt ut florere videantur impij, lubrica tamen est illorum conditio, & serè ex improviso pereunt ignominiosè, qui paulo ante femidei quidam esse putabantur. Quod si verò nihil tale illis accidat, sistuntur tamen ad tribunal Christi olim, vt dignas suae impietatis penas exoluant. Est ergo iustissimus Deus, & iusta sunt illius iudicia. Quod qui ad hunc modum considerant, ij nequaquam impatientia vincuntur, vt aduersus illum murmurent, sed in aduersis quoque illius aequitatem & bonitatem praedicant, sicuti in Iobi, Davidis & multorum aliorum exemplis est videre: quibus merito adnumeraueris Mauricum Imperatorem, qui cum ipso spectante duo ipsius filij & filia tres occiderentur, deinde vxor quoque ad mortem raperetur, seq̃ illam mox secuturum sciret, exclamabat: Iustus es Domine, & reatum est iudicium tuum, &c.

Alterum huius loci caput est exemplum Christi, quod merito obseruari debet, quando ipse nos possum ad eius imitationem hortatur. Potest hoc, imò etiam debet, ad omnis loci & ordinis homines extendi. Primo igitur imitentur hoc magistratus, quibus sua iudicia Deus commisit, & nihil pronuncient quod illis aduersum sit aut contrarium. Si enim Dei filius non plus sibi arrogat, sed patris voluntatem attente obseruat, quae impudentia fuerit, hominè mortalem eò audaciae progredi, vt potestate sibi concessa pro sua libidine abutatur? Est itaque impia & intolerabilis illorum vox, qui immunitatem sibi vendicant, & hoc vnum in ore habent: Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Meminerint ergo iudices, Deum non frustra leges iudiciales tulisse, sed ex illis sumendas esse in quauis controuersia iudicum sententias. Cogitent praeterea, se legum & iudiciorum Dei ministros & executores, non autem dominos esse constitutos. Tueantur ergo auctoritate sua bene agentes, & rursus improbos transgressores dignis poenis coerceant. Et vt ex odio innocentem damnare scelus esse norunt, ita non minus se peccare intelligant, si ex praepostera misericordia son- tes absoluant, quos Deus ad supplicium abripere iussit. Qui enim in lege praecipit, ne pauperis causam iniustam ornemus, multò minus manifesta scelera vult impunita dimitti. Et non minus verè quam grauius Solomon dixit: Qui dicit impio, Iustus es: huic maledicent populi, & detestabuntur

eum nationes. Et rursum: Qui iustificat impium & condemnat iustum, ex a quo utrumq; abominatur Dominus. Nam qui sceleratis parcunt, primo Dei præceptum transgrediuntur, qui illos punire iussit. Deinde suo exemplo Deum nimij rigoris accusant, & cum illo misericordie certamen suscipiunt. Præterea impunitatis scelerum & licentia publicæ auctores sunt, quam reipublicæ exitiale esse, omnium seculorum exempla testantur. Adhæc tam illis nocent quibus indignè parcunt, quam bonis quos tueri debebant: dum hos quidem opprimi & diuexari patiuntur, illos vero sua indulgentia audaciores faciunt. Fit ergo frequenter, quod ut patres à filijs, quos indulgentius educauerunt, impiè vexantur: Ita magistratus eos sibi & reipublicæ grauissimos hostes sentiat, quibus indignè percuti, cum supplicium mererentur. In Romana historia certè Ciceronem à Popilio tribuno militum crudeliter occisum esse legimus, cuius causam ille defenderat, cum parricidij reus ageretur. Accidit his, quod iudicijs publicis cessantibus, ad priuatam vindictam accenduntur generosiores animi, qui iniurias sibi illatas sufferre non possunt. At priuata vindictæ cupiditas sepe regna potentissima euerit, & interdum ad immerentes usque grassatur. Nec est, quod à sceleratorum sanguine hij magistratus tantopere abhorreant, quando Deus ipse iudices à sanguinis reatu absoluit, quoties de illis puniendis loquens addit: Sanguis illorum sit super ipsos. Et scimus aliquos Dei iram incurrisse & sanguinis reos factos esse, quod impijs et diuino iudicio damnatis peperissent: è quorum numero sunt Saul & Achab. Discant ergo Dei iudicia & Christi exemplum obseruare, quicunque magistratum cum laude & publico bono gerere cupiunt.

Ecclesiarum  
ministri.

Deinde idem ad se quoq; pertinere sciant ecclesiarum ministri, quos suarum legum atq; iudiciorum præcones Deus constituit. In veteri testamento cause grauiores ad summum sacerdotem deferre solentur, ut de illis ex Dei ore pronunciarer: & apud Malachiam eo nomine sacerdotes corripiuntur, quod in lege, id est, in iudiciorum Dei promulgatione personas recipere. Et si verò verus illud sacerdotium aboliuim sit, durat tamen adhuc ecclesie ministerium, in quo cum primis cauendū est, ne quid pro personarum respectu præter officium à ministris fiat. Peccant in hoc, qui eadem peccata in quibusdam odiose exagitant, in alijs autem excusant atque extenuant. Item qui nefas & illicitum clamant, quod fieri permittit Deus, aut etiam fieri iubet: rursum verò quod hic prohibuit, licitū esse docent. Præterea qui sceleratissimos quoque pecunia accepta ab omni reatu absolunt, pauperes verò aut sibi merito contradicentes ad inferos detrudunt. Fiunt hæc omnia hodie in Papatu, vtiliter planè eum regnare videas, quem leges & tempora mutaturum esse Daniel olim prædixit. Interim se Christi vicarios esse gloriantur, quos tamen in nunquam agnoscer, cum eius adeò dissimiles sint, ut vel vnus hic locus euincat.

Voluntate Dei  
omnes querat.

Postremo omnium est Christi exemplum imitari, ne suam voluntatem querant, sed voluntatem Dei patris, qui nos quoque misisse dici potest. Ex illo enim vitam habemus, & idem ille singulos vocat, & alicui certo officio destinat. Semper ergo sonet in auribus nostris hæc Christi sententia, nec quicquam nos rectè facturos cogitemus, nisi queramus voluntatem Dei, qui misit nos. Et ut Augustinus monuit, intolerabile scelus est, si suam voluntatem velint facere homines, qui Dei filium audiunt dicentem, Non quero voluntatem meam, sed voluntatem patris, qui misit me. Non graue nobis sit Dei voluntatem sequi, quando constat nostram grauem & nobis ipsis noxiam esse. Quia enim intellectus noster non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, & quæ ad nostram salutem faciunt: fieri non potest, ut ad ea feratur voluntas nostra, quæ ignoramus. Et qualia sunt nostra desideria ipsi à pueris experimur, et in infantibus manifestè cernimus. Suspectum ergo nobis sit, quæ ipsa caro suggerit. Dei verò voluntatem intrepidè sectemur, quæ ut sancta & iusta, sic etiam bona & salutaria est. Vult enim ut omnis generis homines seruentur & ad veritatis cognitionem perueniant. Hæc ergo nobis & religionis & totius vite regula sit, quæ nos errare non sinet, & mox docet quod nos in re quauis facere conueniat. Ab ea autem quam primum deflexerimus, in tenebras & exitium præcipites rapimur: neque aliqua nobis excusatio reliqua est, cum voluntatem suam Deo nobis summa fide manifestauerit. Sequamur ergo seruatoris nostri Iesu Christi exemplum, qui cum in magno illo die iudicij pro suis agnoscer omnes eos, qui voluntatem patris sui fecerint. Illi detur benedictio, honor gloria, & potestas in æternum. Amen.



Si ego testor de meipso, testimonium meum non est uerum. Alius est qui testatur de me, & scio uerum esse testimonium, quod de me testatur. Vos misistis ad Ioannem, & is testimonium reddidit ueritati; Ego autem ab homine testimonium non accipio: sed hæc dico, ut uos seruemini. Ille erat lucerna ardens & lucens; uos autem uoluistis ad tempus exultare in luce eius.

**M**ultis & grauibus argumētis demonstrauit hucusq; Iesus Christus se uerum esse Dei filium, patri coeternum & eiusdem cum illo essentia atq; maiestatis. Finit & scopus totius demonstrationis est, ut primò crimen violari sabbati diluat, quod ipsi propter paralyticum sabbato curatum intentabatur: Deinde ut ostendar, se unicum esse salutis humane authorem, & omnium mentes ad fidem exciter, qua apprehensus nobis saluifer sit. At poterant hæc dicenti obijcere aduersarij, ipsum suarum laudum præconē esse, & proinde fidem ista nullam mereri. Pergit ergo, & doctrinam hanc testimonijs quatuor ex ordine productis confirmat, Ioannis Baptiste nimirum, Operum suorum, Dei patris, & Scripturarum ueteris Testamenti. Facit itaque hæc pars plurimum ad declarandam fidei Christianæ dignitatem, quando docet, illam nec nuper inuentam esse, neq; hominum modo testimonijs niti; sed totius scripture consensu & auctoritate diuina confirmari. In presenti loco Ioannis testimonium producit, quod qua ratione fiat uidebimus.

Principiò obiectioni illorum occurrit, dicens: Si ego testor de meipso, testimonium meum non est uerum, &c. Ita uerò per Concessionem & ex eorum sententia Christus loquitur, qui ipsum nudum hominem & affectibus obnoxium esse putabant. Si enim rem ipsam spectemus, uerissime de seipso testatur quòd Dei filius & Deus uerus sit, neq; ipsius testimonium quisquam reijcere debet. Quis enim de Deo rectius testabitur, quàm ipse Deus, qui nisi se hominibus manifestare dignetur, nemo illi nonnisse poterit? Vnde infra Cap. 8. dicit: Etiam si ego testor de meipso, uerum est testimonium meum: quia scio unde uenerim, & quò uadam, &c. Sensus ergo huius loci est: Esto, nullius auctoritatis esse debeat quicquid de meipso loquor. Scio enim legibus publicis constitutum esse, ne quis in propria causa actor simul aut reus, & testis sit. Noui præterea illud Solomonis, quod ex spiritus suggestionē ille dicitur: Laudet te alienus, & non tuum os: extraneus, & non labia tua. Libenter itaq; hoc uobis concedo, meum testimonium non esse uerum, id est idoneum, quod fidem mereatur. At tamen non ideo falsum cenferi debet quod modo de me dixi: quia non solus, neq; ex affectu carnis illud dixi. Est enim alius qui de me testatur, cuius testimonium scio esse uerissimum, & tantæ auctoritatis esse, ut uos illud reijcere nunquam possitis, ut ut mihi & doctrina mea aduersemini. Istud uerò de patre dicitur, ut ex sequentibus patebit, ad quem quæ sequuntur testimonia omnia referri possunt, cum ex eius inspiratione cum Ioannes tñ ueteres propheta omnes locuti sint. Hoc enim potissimum hic euincere uult, causam suam non suo tantum aut alterius hominis, sed ipsius Dei testimonio niti. At qui idem de semetipso dicere possunt omnes credentes. Testamur nos Dei filios esse & regni celestis heredes. Obijcit iam mūdus & princeps huius satan: Vos ista de uobisipsis dicitis, & proinde uana & futilis est ista persuasio, neq; uos illa in Dei iudicio tuebitur. At nos uicissim respondere possumus: Age dum, nullam fidem mereatur quod nos dicimus, non tamen falsa est hæc nostra fiducia. Idem enim Deus passim in scripturis promittit. Idem testatur in animis nostris spiritus sanctus, in quo clamamus Abba pater: & qui idem nostræ salutis arrhabo est, &c. Vides ergo cum nostra salute & eius certitudine conuincuntur esse, quod hic de semetipso Christus pronunciat.

Christus non proprio tantū testimonio nititur.

Christus legibus inter homines receptis uolens subiicitur. Poterat enim pro suo iure & auctoritate simpliciter uos receptis se se subiicit.

At simul obseruari debet hoc loco admirabilis filij Dei facilitas, qui ut nostræ salutis cōsulat, legibus inter homines receptis uolens subiicitur. Poterat enim pro suo iure & auctoritate simpliciter uos receptis se se subiicit. Sed nostræ infirmitati se accommodat, & ut animos nostros trahat, modo rationibus & argumētis, modo testimonijs ueritur. Facit idem passim in scriptura Deus, quando dicta sua rationibus luculentis confirmat, uel etiam suorum iudiciorum nobis rationem reddit, ut & iustitiam

mg, abominat  
ui illos punire  
rtamen suscipi  
blice exiit  
rcunt, quā  
sua indulgen  
educauerunt,  
us indigna pe  
buno militum  
retur. Accu  
siores animi,  
a potentissima  
nguntur pōma  
quocies de illi  
in incurrisse  
n numero suat  
magistratum  
q; iudiciorum  
deferre  
puncitur, quod  
illud sacerdot  
tū est, ne quid  
eccata in qui  
illicium pō  
buit, licitū  
pauerit  
apatur, uel illic  
ixit. Interim  
similes sunt, ut  
sed uolunt  
dem ille iug  
rifi sententia  
sue nos. Et ut  
es, qui Dei  
miste me. Ne  
is noxiam esse  
salutem  
nt nostra dep  
is sit, quæ quid  
nam bona & i  
nē perueniat.  
ex docibus quid  
bebras & ex  
m suam Deo  
plum, qui uim  
st. Illi debent

eius agnoscamus, & illius consideratione ad penitentiam excitemur. Eò igitur detestabilior est illorum improbitas & pertinacia, qui nihilominus Deo contradicere & reluctari audent, & quasi ipsi cum leuissimo aliquo ardelione res sit, disferis illius oraculis impudenter oggannunt. Cofutatur praeterea exemplo Christi falsorum antistitum tyrannis, qui suas constitutiones ecclesiae obtrudunt, & quamuis nullo scripturae testimonio confirmetur, illas tamen ab omnibus recipi volunt, & Romanam ecclesiam errare posse negant, cum non errores modò, sed horrenda illius scelera & impij abusus in omnium oculis versentur. Neq; eo contenti, insuper eam immunitatem sibi ipsis vendicant, quod neq; reprehendi debeant à quoquã, neq; etiam alicui mortaliu sui ministerij ratione reddere. Talem iam seculis aliquot horum tyrannide ecclesia, sed videt illam Christus Dominus, qui inultã non fuerit.

Testimonium  
Dei uerum est.

Observabis praeterea Christi dictum, quo patris sui testimonium confirmat & ornat. Scio (inquit) uerum esse testimonium, quod de me testatur. Quod de omnibus intelligi debere, quae passim in scripturis habentur de Christo, paulò ante diximus. Verisimè autè hoc dici, res ipsa docet. Si enim promissiones Dei primas & prophetarum uarietate cum euangelica Iesu Christi historia conferas, omnia inter se pulcherrimè conuenire uidebis, ut nulla falsi species appareat. Ex Abrahami stirpe nasciturum esse humani generis redemptorè, olim Deus promiserat: At Christum inde prodidisse, Mattheus & Lucas euidenti genealogia demonstrant. Tempus incarnationis quoq; praedixerat eum fore, quando Iudeis sub alieno imperio seruientibus, Davidis familia ad priorem conditionem redisset, quam sub Iesse uilem & ignobilem habuerat. Quod quam uere dictum fuerit, Lucas in naturam Christi historia euidensimè docet. Eadem est loci natalis, operum seu miraculorum, passionis & mortis, resurrectionis itè & ascensionis in caelos ratio, quae omnia olim praedicta, & deinceps uerisimè praestita sunt. Hinc uerò concludamus, non minus uera esse, quae de eius aeterna deitate & de uera nostra redemptionis mysterio traduntur, cuius ipse mediator esse debuit. Id uerò ad fidei nostrae confirmationem plurimum faciet.

Ioannis Bapt.  
testimonium de  
Christo.

His praemisissis, testes ex ordine incipit producere, inter quos primus prodit Ioannes Baptistae quo sic agit, ut illius testimonium irrefragabile esse demonstrat. Nam primò ait: Vos missis ad Ioannem, & is testimonium reddidit ueritati. Historiam uidimus Cap. primo, & huius in praesentem munit, ne Ioannem rejicere possint, & ut ostendat nullam inter hunc & se collisionem fuisse. Quasi diceret. Non alium uobis testem sistam, quam cum, cuius fide ipsi uestra auctoritate & exemplo probauistis. Cum enim Ioannes praedicatione & baptismo penitentiae totum populum in Messiam sperare & expectationem excitauisset, uos ne uestro officio defuisse uideremini, legationem ad illum missis honorificam ex Pharisaeis, qui illum quis nam esset, interrogarent. Quod nunquã facturi fuisset, nisi illum magna auctoritatis hominem & fide dignum esse existimauisset. Quid uerò ille? Cum inde magnam haberet occasionem aliquid de semetipso gloriosus dicendi, & Messiam honorum in se transferendi, nihil tamè huius fecit, sed ingenuè & bona fide ueritati testimonium reddidit. Id est, de me testatus est, quod aeternus sim Dei filius, & agnus ille Dei, qui peccatù omne mundi expiaret, adeoq; promissus ille redemptor sim, quem omnes audire atq; sectari debeant. Quae ergo haec uestra leuitas, quae uos mihi tam insensos & aduersarios reddit? Hic uerboru Christi sensus est, in quibus memorabile exemplum continetur hostium ueritatis: qui cum omnia sua astutissime iniuriarum, ita tamè à Domino in sua astutia capiuntur, ut ipsi suis factis seipos prodant, adeoq; proprio ore ipsos condemnent. Voluerunt isti surgentem euangelij doctrinam extinguere, & legatione ista tam graui & splendida Ioannem uel ab incepto abstertere, uel in suas partes pertrahere, ut male occupatam in ecclesia tyrannidem retinere possent. Sed adeo non obrinuerunt quod querebant, ut potius ab Ioanne grauius reiecti sint, & ex eo factò Christus argumentu petat firmissimum, quo illos impie & uoluntariae contumaciae conuincit. Idem ab illis factitatum est, quando prophetarum sepulchra exornarunt atq; coluerunt, quorum doctrinam interea hostiliter in Christo persequerantur. Et haec multa huius generis sunt ab aduersarijs nostris. Gloriantur enim successione apostolorum, patres & Concilia uetera in ore habent, martyru sepulchra & ossa religioso uenerantur, adhaec scripturae ueteras legunt & canunt in templis suis. At qui omnia ista ueritati testimoniu reddunt, quam nos profitemur, & quam ipsi in nobis ferro & igne persequuntur. Suo igitur iudicio sese, ut forices, prodant, & seipos inexcusabiles reddunt, cum nihilominus in ueritate oppugnanda perseverent.

Ceterum ne illi perperam facere dicerent, qui in diuinis mysterijs humano testimonio utatur, rursum hanc quoque obiectionem diluit dicens: Ego autem ab homine testimonium non accipio: sed hoc dico, ut vos seruemini. Vbi rursum obseruabimus, illum ex aduersariortu sententia loqui, nec simpliciter hominum testimonia rejicere, cum alibi discipulis mandet, ut ipsius testes sint Hierosolymis, & in Iudaea, in Samaria item & usq; ad extremos orbis cardines. Sensus ergo est, quod hominum testimonij non opus habeat, & illa facile negligere possit, ipsis tamen vti, quod facilius ipsi in salutis cognitione insituantur. At qui eodem affectu nos quoque, prae ditos esse docet. Optemus quidem innocentiam & fidei nostrae veritatem multorum testimonij probari posse, ut & alij ad hanc amplexandam excitentur. At si ea fuerit mundi infelicitas, ut vel nemo illam agnoscat, vel agnitam quoque multi calumnijs suis oppugnent & obruant: cogitemus nullo homine testimonio nobis apud Deum opus esse qui cordis intimos recessus inspicit, & sufficiat nobis spiritus sancti testimonium, qui nos de gratia Dei & salute nostra certos facit.

Christus hominum testimonij non opus habet.

Docet autem nos locus iste iudicare de verbi & ecclesiae ministerio. Vbi principio tenendum est, Dei & salutis nostrae mysteria nullis hominum testimonij opus habere. Est enim Deus ipsa veritas, homines autem omnes naturam mendaces sunt, nec quicquam veri dicere possunt, nisi veritatis diuina cognitione illuminentur. Deinde scriptura sacra, cuius libris mysteria ista continentur, quia bene vult, id est diuinitus inspirata est, nulla hominum auctoritate nititur, sed ipsa ex sese fidem meretur. Itaque impudentissima est eorum temeritas, qui ut Areopagita quidam noui in ecclesia eam sibi auctoritatem vendicant, quod ipsorum testimonio scripturas sacras oporteat confirmari. Voluit tamen ecclesia & verbi sui ministros esse Deos, qui de Christo Iesu testentur, ut nos seruemur, & his propter nos opus esse constat. Primum enim tanta est humanae naturae infirmitas, ut Dei nobis coram loquentis maiestatem sustinere nemo possit, sicuti olim in legis promulgatione Israelitaru exemplo est probatum. Reuelationes autem occulta multis nominibus suspecta esse possunt, cum & ipsi nobis multa temere imaginemur, & satan eo praetextu sese apud nos mirifice insinuet. Vt ergo nobis constaret Deus, voluntate suam & omnia filij sui Iesu Christi mysteria scriptis comprehendit, & eorundem praecones publicos constituit, qui non ex suo cerebro, sed ex scripturis Christo testimonium reddant. Agnoscamus ergo hanc Dei bonitatem, & credamus testibus, quos ipse sinit. Quia enim hos producit, ut nos seruemur, constat omnes eos salutis experies fore, quicunque illis improbe contradicunt.

Quae ratio ministerij ecclesiae

Pergit autem in Ioannis commendatione Christus, ut euincat, ipsos proprii exitij auctores esse, qui tam egregiam salutis occasionem noluerint amplecti. Ille (inquit) erat lucerna ardens & lucens, &c. Lucernam vocat propter verbi ministerium, cuius finis est, ut homines caelesti luce illuminentur, qui ex semetipsis diuina videre non possunt. Typum mysterij huius olim in lege continebat candelabrum aureum, in quo lucerna perpetuo ardebat. Significabat enim verbi lucem in ecclesia nunquam extinguui, sed assidue conseruari debere. Pulchre autem lucernis conferuntur ministri: quia ut lucerna luce non ex semetipsa habet, sed aliunde accenditur: Ita nisi spiritu Christi (qui lux vera est) accendantur illi, nihil lucis praebere poterunt. Commendat ergo hic Dei beneficium Christus, qui cum prophetia aliquandiu cessasset, in Ioanne nouam lucem accenderit, & hunc lucernam ardentem & lucentem vocando, officio suo diligenter functum esse docet, ut qui iam doctrina quam vixit exemplo ipsis praerulerit. Quid autem vos? Voluistis ad tempus exultare in luce eius. Id est, simulantibus quidem aliquam illius apud vos esse auctoritatem, & missa legatione ex illo verum percontari estis: sed quia hoc agendo vestram modo gloriam quaesistis, non potuit diuturnum esse hoc vestrum studium. Imo quam primum ille vos accusauit, & ad seriam penitentiam hortatus est, Dei consilium spreuistis, & maiori in pretio apud vos fuerit errorum tenebra, quam lux illa salutaris, qua in ipso diuinitus accensa fulgebat, &c. Adumbratur exemplo hoc mundi huius ingenium. Quando primum innotescit diu primum occultata atq; sepulta veritas, magno cum applausu illam multi recipiunt. Vnde verò hoc? Quia in ea volunt exultare, id est, priuati comodi spe cocepta singuli sub huius praetextu sua quaerunt, alius opes, alius honores, alius viuendi licentia et quiduis pro suo arbitrio agendi libertatem. Quoad ergo spes illa affulget, magnifice veritatis doctrinam praedicant, ut nihil non pro illa facturi videantur. Quam primum verò eam prauis suis cupiditatibus & corruptis studijs aduersari vident, mox seruator ille extinguitur, & lucem quoque extinctam volunt, eò quod tenebrae studijs

Iudei ipsi sibi auctores interitus.

abilior est illi, & quasi ipse. Cofutatur pra obrudunt, & unte, & Roma & impij abusu endicant, quid addere. Tunc inultu no fuer. Scio (inquit) passim in scri. Si enim pro. a conferas, em. hami strepe na. prodiffisse, Ma. cerat tunc pre. ionem rediffisse. s in natum am. passionis & deticeps veris. itate & detur. fidei nostrae con. nes Baptista de. missis ad lo. in praesenti me. iusse. Quasi de. & exemplo pro. in Messiae spem. id illum missis. acturi fuisset. vero ille. Cum ia honorum in. addidit. Laet. mundi exipit. no hoc veritas est. in qu. sime insinuat. & proprio ore. atione ista am. ut male accipit. ut potius ab. quo illos impie. arum sepulchra. bat. Et tota. orum, patre. ce scripturaz. quam mai pro. orces, prouid. ens.

ipforum magis seruiunt. Sunt ergo similes male frugis famulis, qui ad lucernā ludunt & comessantur, cum opus facere deberent. Vt enim illi ea gaudent, dum ipforum lasciuia seruit, eandē vero ipsi extinguunt, si herum aduentare audiant, quōd facilius suam nequitiam occultent: Ita isti euangelii gloriantur, quā diu illo ad suos affectus abuti possunt: ubi verō huius luce peccata sua arguit, & Dei irā sibi denunciari sentiunt, illic ipsi primi de ea extinguenda cogitant, quasi hac sublata, Dei quoque iudicium simul sublatum sit. Et quod in genere fit circa euangelij doctrinā, hoc ipsum singulis huius ministris accidere solet. Si qui enim inter hos reliquis præstant, & priuatis multorum vitiis tibus seruiunt, hi in pretio habentur, in omnium ore sunt, & illorum nomine plerique gloriantur. At si vel scelera liberius arguant, vel propter ipsorum doctrinā ab exteris aliquid periculi imminereat: mox fauor ille intermoritur, & publico omnium consensu damnantur. At quod Iudeis accidit, qui contempti euangelij graues penas dederunt, hoc ipsum omnibus illorum imitatoribus eueniet. Diligamus ergo lucem, & in illa perpetuo exultemus, vt olim cum Iesu Christo luce immortalis in calis fruamur. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

## HOMILIA XLII.

At ego testimonium habeo maius quā Ioannis: Opera enim, quæ dedit mihi Pater ut ea perficiam, ipsa (inquam) opera quæ ego facio, testantur de me, quōd Pater miserit me. Et qui misit me Pater, ipse testatus est de me. Neque uocem eius unquam audiuitis, neque speciem eius uidistis: & sermonem eius non habetis in uobis manentem: quia quem ille misit, huic uos non creditis.

Postquam Dominus noster Iesus Christus, aliquot firmisimīs rationibus demonstrauit, se verum esse Dei filium, patri coæternum & coessentialē, tandem ne suspectus fieret, vt qui ipse suar virtutes ambrosius predicaret, hoc ipsum testimonijs idoneis & irrefragabilibus euincit. Est verō hoc ingens diuine bonitatis argumentum, quōd qui ipsa est veritas, & pro suo iure fidem à nobis postulare poterat, eō vsq; se demittit, & nostro ingenio sese accommodat, quō minus de salutis per ipsum acquisitæ certitudine dubitemus. Debet itaq; nos excitare bonitatis huius consideratio, ne iam familiariter nobiscum agentem nostra ingratitude reijciamus. Ceterum primus testium, quem Christus produxit, Ioannes Baptista fuit, de quo nuper diximus. Sequuntur nunc duo alia testimonia, de quibus isto Sermone agitur: quæ vt diuinam Christi maiestatem euidenter asserunt, ita fidem nostræ dignitatem & certitudinem plurimum commendant, quam in tota hac actione cumprimis obseruandam esse, alibi monuimus.

Opera Christi  
de ipso testatur

Secundo itaq; loco testimonium ab operibus suis desumptū Christus allegat, quo nullum certius & verius adduci potest. Nam (vt vulgo dicitur) ex opere suo commendatur & probatur artifex. Quæ causa est, quōd alibi quoque opera sua aduersarijs suis obijcit, & in præsentem testimonium hoc diligentiſsimè amplificat. Comparatione enim vitur, & ait: At ego testimonium habeo maius quā Ioannis: Opera enim quæ dedit mihi Pater vt ea perficiam, ipsa (inquam) opera quæ ego facio, testantur de me, quōd Pater miserit me. Sensus verborum est: Luculentum sanè, & fide dignissimum est Ioannis testimonium, quod neq; ipsi saluo honore potestis reijcere, cum vestra legatione illud palam approbaueritis. Non tamen illud ideo produxi, quōd hominum suffragijs causa mea nitatur. Habeo enim testimonium maius & luculentius, quod similiter cogemini pro idoneo & fide digno recipere: Opera nimirum, quæ mihi pater dedit, vt ea exequar: ea (inquam) testantur, mihi virtutem inesse humanā maiore, & me ab ipso Deo patre esse missum. Opera autem sibi à Deo data dicit, partim propter assumptam hominis naturam, quam solam in ipso Iudei agnoscebant: partim vt consensum patris & filij exprimat, & se nihil Deo aduersum, sed omnia secundum illius voluntatē & decretum facere ostendat. Et ne quis inde colligeret, ipsum patre inferiorem esse, mox per expositionem addit: Ipsa opera, quæ ego facio, nimirum propria virtute atq; potentia. Quoad verō disputationem huius statum, argumentū ita formabis: Nemo, nisi Deus sit, opera diuina ex semetipso & propria

virtute potest facere. Ergo opera diuina facio. Ergo Deus sum oportet. At cum alibi scriptura doceat Deum unum esse, personas quidem patris & filij distinctas, verum, verò eiusdē substantiæ & essen-  
 tia esse colligimus. In presenti autem de miraculis Christum loqui pleriq; arbitrantur. Quorum sen-  
 tentiam vt nō improbo, ita cum constet, per sanctos eadem propē signa atq; miracula edita esse, alius  
 inquirenda videntur Dei opera, quæ ille cum nemine mortalium, imò ne cum angelis quide commu-  
 nia haberet, vt illis perspectis, Iesu Christi deitas euidentius conspiciatur. Sunt autem propria Dei  
 opera, Creare ex nihilo, Creata conseruare, vitijs & morbis virtute propria moderari, Ex morte asse-  
 rere & cōferre vitam, Peccata remittere, Creaturis omnibus potenter dominari. At qui omnia ista  
 in Christo locum habet, & vt Augustinus scribit, quodecunq; pater cum Christo facit, Christus facit,  
 & quod Christus cum patre facit, pater facit: nec seorsum facit, nec seorsum aliquid agit inseparabi-  
 lis charitas. Pater hoc euidenter, si singula ex ordine inspiciamus. Deum patrem mundum hunc to-  
 rum ex nihilo creauisse scriptura docet. At in eadem Ioannes de filio clamat: Omnia per ipsum facta  
 sunt, & sine illo factum est nihil. Similiter Dei virtute totam hanc mundi machinā conseruari con-  
 stant: nec minus certū est Christi virtute creaturas omnes ali; passim atq; foueri. Hoc enim cum multa  
 alia exempla, tum ea imprimis testantur, quibus modico cibo millia aliquot hominum ab ipso exatu-  
 rata fuisse legimus. Dei item opus esse moderari & sanare passim docemur. At hoc ipsum propria vir-  
 tute Christum facere, nemo potest negare, qui euangelicam historiam vel à primo limine salutauit.  
 Pro imperio enim morbis ille mandat, & mox illo iubente discedunt. Imò in Christi nomine apostoli  
 eosdem ab infirmis expulerūt. De Deo etiam vno dicitur, quod occidat & viuificet: Idem verò Chri-  
 stum posse, illius opera demonstrant. Nec enim mortuos modò in vitam reuocauit, verum etiam se-  
 ipsum (quod nemini sanctorum vnquam contigit) tertio die discipulis suis rediuuim exhibuit. Pec-  
 catorum verò remissionem in solius Dei potestate esse, pharisæi quoq; intellexerunt. At eandem pote-  
 statem pater se etiam esse, Christus Matth. 9. paralytici miraculosa restitutione demonstrauit. De  
 dominio autē in creaturas quod attinet dicere, quando illum non modò morbis (vt paulò ante dixi-  
 mus) ventis item & aquis, verum etiā immundis spiritibus imperauisse scimus. Quin potius mundi  
 simul & principis huius mundi victor est, & victoria huius signa edidit luculentissima in Ascensio-  
 ne, qua triumphū instar gloriosissimi fuit, in missione spiritus sancti, & euangelij per totū orbem pro-  
 pagatione, quam inuitis Romanis Imperatoribus factā fuisse omnes historia testantur. Et in hunc  
 vsq; diem regnat in medio inimicorum suorum, quemadmodum de illo David olim predixerat. Est  
 ergo reuera Dominus exercituum, quo titulo solum Deū propheta insigniunt: & proinde Deus quoq;  
 est, cuiusdem cum patre essentia, maiestatis atq; potentie. Docet itaq; locus iste, in quem finem opera  
 Christi à nobis considerari debeat. Nimirum non vt historicam modo rerum ab ipso gestarum cogni-  
 tionē ex ijs petamus, & ea nos otiose oblectemus: sed (quod ipse hic admonet) vt intelligamus, ipsū à  
 patre missum esse. A patre verò missus dicitur, cum quod ab æterno ex patris essentia, ineffabili &  
 inseparabili generationis modo, natus est: tum quod carne assumpta in mundum venit, vt ex æterno  
 patris decreto humani generis redēptor fieret. Ipsum ergo colamus, ipsum inuocemus, in ipso habe-  
 amus collocatam omnem salutis fiduciam: & ita spe nostra nunquam frustrabimur. Vide finē cap. 20.

Interea Christi exemplum imitari discamus. Docuit se Dei filium esse: illud verò non Ioannis  
 tantum testimonio, sed operibus proprijs luculenter probat. Profitemur nos quoq; Dei filios, & Deo  
 patre gloriamur. Allegamus promissiones, fœderis cum Abrahamo facti articulos, prophetarum  
 oracula, Christi & apostolorum testimonia, vnò cum sacramentis, quæ filiorum suorū externas tes-  
 tificat Deus esse voluit. Sunt hæc sanè præclara & fide dignissima: at nō eadem coram Dei tribunali  
 sufficiunt, neq; hic statim pro filijs suis omnes agnoscat, qui istis superbiunt, nisi reipsa & operibus se  
 tales esse declarant. At quæ nā illa opera sunt? Fides & quæ ex hac promanat, Charitas. Quia enim  
 cum Deo non aliter, quam in Christo, coniungimur, qui sola fide percipi potest, Dei filij esse non po-  
 terunt, quicunq; à fide alieni fuerint. At quia fides nō inanis persuasio est, aut in nobis temere enata  
 opinio, sed certus & firmus animi assensus, quo Deum ipsum & promissiones eius in Iesu Christo ap-  
 prehendimus: fieri nequit, vt non charitatem Dei simul & proximi in nobis accendat, quem nobis  
 eiusdem fidei & salutis societas cōiunxit. Ideo Christus, quando nos patris sui imitatores esse iubet,  
 beneficentiæ potissimum meminit, quæ is solem suum oriri sinit super iustos & iniustos: & alibi chari-

Opera Christi  
propria.Christiani ope  
patres se tales  
esse probent.

tatem dicit tesseram fore, ex qua agnoscamur, num ipsius discipuli, & filij Dei patris sui simus. Sed  
 ò infelicitatem nostri seculi, cui si hanc regulam applices, mox patebit, quàm paucos filios inter eos  
 etiam habeat Deus, qui ipsius nomine & verbo præ cæteris gloriantur.

Deus pater de  
 Christo testatur.

Sequitur tertius Christi testis, Deus pater, de quo sic ille pronunciat: Et qui misit me Pater, ipse  
 testatus est de me. Poterat hoc de omnibus exponi, quæ in scripturis de Christo continentur; quando  
 certum est, illa non ad alium auctorem debere referri, quam ad Deum, cuius spiritus afflari Moyses  
 & propheta hæc nobis prodiderunt. At quia de scripturis postea peculiariter ager, ego libentius  
 de peculiari patris testimonio expono, quod cælitus delatum fuisse scribunt euangeliste, quando Chri-  
 stus ab Ioanne baptizatus, & quasi inauguratione solèni publicè inauguratus fuit. Tunc enim  
 illa dulcissima consolationis plena audita est, quam postea in Thabor monte rursus reperi audire  
 runt apostoli: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Quæ sententia, ut  
 supra salutis fundamenta continet, ita Christi plenam & perfectam descriptionem comprehendit. Quan-  
 do enim filium dilectum vocat Deus, illum à communi hominum numero eximit, qui natura non di-  
 lecti, sed filij iræ sunt & damnationi æterna obnoxij. Deinde officiū quoque illius indicat, dum in illo  
 sibi complacitum esse dicit. Innuit enim hunc Mediatorē esse olim promissum, cuius intercessionem  
 ipsi reconciliari oporteat. Et hæc nunc paucis perstringimus, quia in Marco nostro pluribus sunt ex-  
 posita. Credibile autem est, vocem hanc pluribus innotuisse, cum Ioannes baptismum in publico ad-  
 ministravit, & Lucas non obscure innuat, Christum unā cum populo ad Ioannem confluentis multi-  
 tudine ad baptismum venisse. Quò magis deestanda est Iudeorum pertinacia, qui tot testimonij  
 commendatum agnoscere noluerunt. Vbi tamen meminisse oportet, eodem cum illis reatu eos teneri,  
 qui hodie adhuc salutis & fidei rationem incertam & dubiam esse congueruntur, neq; in vno Christo  
 acquiescunt, quem testimonio cælitus delato pater toti orbi proposuit, &c.

Iudeorum obie-  
 ctionibus occu-  
 rritur.

Ceterum hæc dicente Christo, multa illi intra animos suos volebant. Primò falsum & ab ipso  
 confictum videbatur, quod de patris testimonio dicebat. Cogitabant ergo: Num huic testimonio  
 rat Deus, qui ab ipso promulgatā legem de sabbato tam audacter violat? Vbi vero & quando hoc  
 testimonium illi perhibuit Deus? Equidem patres nostri Deum olim in monte Sinai concionantem  
 audierunt; propheta item multos & varios viderunt typos, quibus seipsum & volentem suam  
 Deus manifestavit. Et nos ab illis Dei verbum scripturis comprehensum, quasi de manu in manus  
 accepimus. At nihil vspiciam audiuimus huiusmodi, quod huic fabri filio conveniat. Deinde hæc quoque  
 intra animos suos dicebant: Equid hunc audire sine amplecti opus est? Annon patres nostri  
 Deū audierunt & viderunt, priusquā iste nasceretur, & sine illo salui facti sunt? Annon nos quoque  
 Deum nobis in lege loquentem quotidie audimus? Quid ergo obstat, quò minus nobis sufficiat, quod  
 patribus nostris sufficere potuit, & nos quoque sine Christo hoc seruemur? Sunt hæc carnis cogitationes,  
 quæ hodie etiā multos ab euangelij doctrina & vera fide auocāt, qui in eiusmodi voces palam erant  
 punct. Sed nouit istorum cogitationes Dominus, & vt re ipsa diuinitatem suam testetur, illas pronun-  
 ciat, & dicit: Neque vocem eius vnquam audiuistis, neq; speciem eius vidistis, & sermonem eius non  
 habetis in vobis manentem, &c. Quibus verbis ipsorum confidentiā acriter corripit, Quasi diceret.  
 Quid mihi patres vestros obiecitis? aut quid lege et verbi Dei cognitione gloriāmini? Loquitur qui  
 dem in lege Deus, & in eadē seipsum manifestat, quatenus ab hominibus in hoc seculo agentibus ag-  
 nosci atq; videri potest. Vos autem neque eius vocem audiuistis, neque vllam eius speciem vnquam vi-  
 distis, id est, nullam habetis eius cognitionem (sunt enim hæc locutiones metapboricæ, ex vniuersali  
 perita, vt minimè opus sit de voce & forma Dei argutus philosophari) & verbum eius nequaquam  
 in vobis habetis, adeoq; nihil vobis cum illo commune est. Est hæc grauis increpatio, quæ vix  
 quam grauius dici poterat. Obseruabis autem hoc illis dici, quorū patres à Deo promissiones salutis  
 & legem acceperant, quibus item Deus sese multiuariam manifestauerat, & inter quos legis prædi-  
 catio solèni ministerio debebat cōseruari: de quibus deniq; in Psalmis dicitur: Notus in Iudæa Deus  
 præclarum nomen eius in Israele. In Salem est tabernaculum eius, & mansio eius in Zione. Deus  
 Deus nunciat verbum sum Iacobo, & decreta sua & iudicia sua Israeli. Non egit ad hunc modum  
 cum vllis gentibus, &c. De illis (inquam) ista tam dura Christus pronunciat. Ergo Dei & salutis  
 cognitio nequaquam vel carnali generatione vel ordinaria successione ad posteros derogatur, &c.

illigenti ita alligatur Deus, ut non possit illa relicta gratiam suam ad alios transferre. Est itaq; vanissima Romanensium gloriatio, qui ecclesia sedem & verum scripturæ sensum apud se perpetuo queri debere contendunt, cum nihil habeant, quo suam illam prærogatiuam siue dignitatem tueri possint, præter anilia quadam figmenta, quæ pueris quoque risum mouere queant.

At ne cæco affectu ita in illos inuehi putetur, rationem huius dicti subiicit: Quia quem ille misit, huic vos non creditis. De seipso autem loquitur: qui viuum & æternum Dei verbum & eiusdem character gloriae, eius splendor est. Unde rursum colligimus, omnes eos Dei cognitione destitui, et eiusdem verbo frustra gloriari, quicumq; Christo non credunt, & in euangelio loquentem audire dedignantur. Damnantur itaque hoc loco omnes alia sectæ, non eorum modo, qui scripturas omnes hostiliter persequuntur & Deos plures colunt, quales olim gentes fuerunt: verum etiam eorum, qui Deo vero & unico, mundi totius creatore gloriantur, & scriptura libros, vel omnes vel aliquos in pretio habent, Christum verò non agnoscunt, neq; in illo vno collocatam habent suæ salutis fiduciam: quales hodie sunt Iudei, Turcæ & Papistæ. Est enim Deum in ore habeant, scripturas legunt & canant, Deum tamen ipsum neque audiunt neque vident, neque sermonem eius in ipsis habent manentem. Quomodo enim Deum audiunt, qui verbum illius essentielle & æternum expolunt? Quomodo eundem vident, qui illius filium, in quo se nobis verè manifestat, vel omnino assernantur, vel figmentis suis obsecrant? Aut quomodo sermonem Dei habeant in se manentem, qui omnia sua secus quam ille iussit institunt? At tamen hoc ipsum nobis quoque dici putemus, ut discamus, quomodo Dei verbum legi vel audiri debeat. Primum videndum est, ut quæ Deus nobis loquitur, fidam demissa per aurem (ut poeta verbis utar) toto animo infideant, & in eo sedem habeant firmam & stabilem. Et enim semen in agro sparsum germinare & fructum ferre non potest, si à volucribus deuoretur, aut ab alijs inde auferatur: ita nec Dei verbum aliquem in nobis fructum feret, si illud ex animis nostris auferri patiamur. Maneat ergo in cordis penetratibus et assidua meditatione ruminetur, sicq; nobis salutare fiet. Deinde scopum totius scripturæ semper nobis ob oculos ponamus, qui est Iesus Christus, ut in illo queramus quæcumque audimus nobis ad salutem necessaria esse, Penitentiam nimirum & Remissionem peccatorum. Nisi enim ad hunc omnia referantur, nunquam verum scripturæ sensum videre poterimus, & ex nobis ipsis idola faciemus, dum nostris viribus & nostrorum operam meritis tribuimus, quod in vno Christo queri debebat, qui nobis à patre factus est Sapiencia, iustitia, sanctificatio & redemptio. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

Sine Christo  
Dei cognitio  
nulla est.

## HOMILIA XLIII.

Scrutamini scripturas: quia uos uidemini uobis in illis uitam æternam habere: & illæ sunt quæ testificantur de me. Et non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. Gloriam ab hominibus non accipio: Sed non uiuos, quod dilectionem Dei non habeatis in uobis.

Quoniam tota nostræ salutis ratio in hoc versatur, ut verum atq; unicum illius authorem, Iesum Christum rectè agnoscamus, & eundem uera fide amplectemur: non temere is præsentem hanc disputationem contra Iudeos instruit, qua quis nam sit, & cuius causa in mundum uenerit, non minus constanter quam dilucide & diligenter docet. Eadem uerò à nobis pari diligentia inspicere atque considerari debet: quia ut cum acerrimis hostibus habita fuit, ita nos quoque aduersus omnes fidei hostes instruere potest. Nam ut uidimus hucusq; non modo rationibus firmissimis pugnat Christus, uerum etiam testes producit quàm maxime idoneos & fidei dignissimos: ex quibus tres audimus, Ioannem Baptistam, opera ipsius uerè diuina, & Patrem, qui de celo illi testimonium perhibuit. Sequitur nunc quartus testis, totius nimirum ueteris scripturæ consensus, quem ideo reliquis adiecit, ut seipsum & doctrinam suam à nouitatis suspitione liberet, qua illam aduersarij plerumq; grauare solent. Inde uerò ad postremam transit huius tractationis partem, qua aduersariorū pertinaciam grauissimè accusat & reprehendit.

Scripturae de  
Christo tes-  
tificantur.

De scripturae veteris testimonio differit his verbis: Scrutamini scripturas: quia vos videmini vobis in illis vitam aeternam habere: & illa sunt, quae testificantur de me. Exponitur autem horum verborum pars prima bifariam. Cyrillus non imperantis, sed quid illi faciant narrantis verba esse sentit, quasi dicat: Vos quidem scripturas assidue legitis, & illarum investigatores vultis videri, cum in earum lectione vitam & salutem omnem consistere existimatis: interim vero me non recipitis, cui illa testimonium perhibent. Alij in Imperativo modo hoc dictum esse arbitrantur, quem sensum etiam veterum plerisque placuisse, idem Cyrillus fatetur, & hic mihi quoque magis arridet: Quia scrutandi verbum Iudaeis minus conuenit, qui in scripturis non diligenti examine & investigatione vsi sunt, sed nuda & otiosa lectione contenti, illas perfunctorie modo legerunt, nec nequam ad profundiores mysteriorum, quae sub illis continentur, cognitionem penetrarunt. Imò (vt Paulus 2. Corinth. 3. de illis ait) expansum sibi ob oculos adhuc habuerunt velum illud, quod in Moysi faciem ipsos inspicere prohibebat. Itaque illos hortatur Christus, vt scripturas penitus inspiciant, & illarum arcanos sensus scrutentur: sic enim fore, vt illas unanimi consensu de se testari intelligant. Ratione vero, qua ipsos urgeat, adducit: Quia vos videmini vobis in illis vitam aeternam habere. Quasi diceret: Cum & vita aeternae studium proficere, huius vero consequenda rationem scripturas contemneri credatis, imò illas ita veneremini, vt in ipsarum lectione meritorum aliquod salutis consistere putetis: par est, vt quae in illis traduntur, maiori studio inuestigatis. Quod si fiat, non adeo insolite vobis videbitur quod dico, cum scripturas idem testari audueritis. Conuenit autem hoc dictum cum eo, quod Luca ultimo habetur, vbi post resurrectionem discipulis ait, haec sibi fieri oportuisse, vt complerentur, quae de se scripta sunt in Moysi, prophetis & Psalmis. Et quod hic dicitur, prolixius demonstrari poterat. Nam vt à primo Moysi libro exordiamur, praecipuum illius caput est promissio seminis illius, quod veteris serpentis caput contritum sit, & in quo omnes gentes benedictae atque seruari oporteat. Deinde in reliquis libris politia & externus cultus populi Israelitici traditur, vbi promissus ille redemptor typis multis & varijs adumbratur. Et hoc maxime facit, quod Moyses post omnia ista magnum illum prophetam pollicetur, quem omnes audire debeant. Quid autem illo opus erat, si per legem & eius opera seruari potuissemus? Post haec sub Iudicibus & Regibus multa sunt facta, quae redemptoris promissionem pjs in mentem reducereunt atque confirmant. David certe vt eius typum gessit, ita in Psalmis de ipsius regno & sacerdotio multa variis naturae. Secuti sunt tandem prophetae, qui omnia eius euidentissimè descripserunt, tempus nimirum sui in carnem aduentus, locum natalem, miracula, doctrinam, mortem, sepulcrum, resurrectionem, ascensionem in caelos, missionem spiritus sancti, euangelij & regni sui propagationem per totum orbem, & quaecumque alia sunt huius generis. Quae si cum Iesu Christi historia conferas, omnia in illo impleta & praestita esse patebit. Verissimè ergo hic dicitur, quod scripturae de illo testimonium ferant. Id vero plurimum facit ad commendandam fidei Christianae veritatem atque dignitatem seu certitudinem, vt alibi fusius est dictum.

Veritatis praecones causam propius cognoscent cupiunt.

Vt autem haec Iudaeorum & omnium aliorum caecitatem arguant, qui cum scripturas legant, & illarum cognitione gloriantur, Christum tamen agnoscere & amplecti nolunt: Ita suo exemplo docet Christus, quae fide & ingenuitate agant qui sibi bene conscij, veritatis causam sustinent. Cupiunt autem vt causa cognoscatur, & vt hoc fiat rogant. Eam enim veritatis conditione esse norunt, vt quo propius cognoscitur, eo magis in sui amorem hominum mentes abripiat. At longè alij impostorum & hypocritarum mores sunt, qui imprimis cauent, ne scripturae vulgò ab omnibus legantur, & religioe causam ad eos solos pertinere clamant, qui sacris initiati sunt, reliquorum autem esse, vt simpliciter credant quae à suis doctoribus traduntur. Est hoc vnicum praesidium, quo superstitiones suas impugnetur. Mahomet certe cum scripturas simul omnes negare non auderet, hoc tamen cauit, vt eius sectatores cum quoquam de religione disputent, & ea ratione scripturae sacrae diligentius considerationem inter suos è medio sustulit. In Papatu autem peregrina lingua in templum intellectus, nec prius ad scripturarum lectionem admissi fuerunt, qui aliquando sacris initiandi erant, quam prius philosophiae placitis imbuti essent, quae liberum arbitrium, hominis vires & operum meritum pepererunt. Imò omnis disputatio de religione interdita fuit, vt quae ad Concilia generata pertineret, quorum potestate & auctoritatem omnem Pontifices sibi reseruarunt. Imitantur hoc etiam



nostris etiam nonnulli, qui in controuersis articulis sua figmenta auctoritate plus quam censoria suis hominibus obrudunt, sollicitè autem cauent, ne causa propius cognoscatur, & ne aduersariorum libri legantur, ex quibus illa cognosci poterat. Sunt hi omnes à Christi moribus alienissimi, & suo iudicio sese produnt, quòd causam malam & falsam sustineant, que non alio firmiori fulcro quam hominum ignorantia nitatur.

At simul hac sententia Christus omnia comprehendit que ad scripturæ commendationem faciunt. Quo loco illius dignitas ante omnia debet considerari, quam maximam esse patebit, si penitius inspicatur. Paulus Apostolus eam θεόπνευστος, id est, diuinitus inspiratam esse ait. Cui Petrus confertur, qui sanctos Dei homines ex spiritus sancti suggestionem locutos esse scribit. Istud autem verè dici constat, siue predictiones rerum futurarum, siue leges, siue historiam examinemus. Quacumque enim olim promissa aut prædicta fuerunt, verè præstita & impleta esse scimus. Veritatis ergo spiritum illius auctoritatis esse oportet. Leges autem tam iudiciales quam morales cum lege nature per omnia conueniunt. Quis ergo in illis totius nature creatorem atque Dominum non agnoscat? Historiam verò ab ipsa rerum origine usque ad Messie aduentum, totius mundi consensu approbatam, scripturæ vetus continet; quæ ex ipsa sola series annorum & temporum certa colligitur, adeoque regulam habet, ad quam omnes historia aliarum gentium probari & corrigi possunt. Deinde si ipsos scriptores sacros consideres, qui ut aliquot seculorum interuallis disuncti vixerunt, ita diuersæ conditionis homines fuerunt, tam certo tamen & unanimo consensu Messie & salutis mysteria tradidere, ut in eo spiritus sancti suggestionem facile deprehendas. Adde his Dei providentiam, qua libri sacri inter tam multa & grauia persecutionum pericula in hunc usque diem seruati sunt, nequicquam illos abolere conantibus tyrannis potentissimis. Etenim hoc singulari consilio Dei factum esse ex eo patet, quòd interea tot millia librorum perierunt, quos ipsi reges conseruatos cupiebant. Ptolemæus certè Philadelphus bibliothecam magno studio instruxit, in qua septingenta millia librorum fuisse ferunt. Sed cum annis non multò plus ducentis fuisset seruata, cõstagnauit tota eo bello, quo Casar Cleopatram à fratre pulsam restituit. Similiter Rome regnante L. Aurel. Antonino Capitolium fulmine tactum est, quod simul bibliothecam nobilissimam absumpsit, & quo ex suis quoque libris aliquos exustos fuisse Galenus queritur. Et sub Zenone centum & viginti millia librorum vno incendio Constantinopoli perisse, Ioannes Zonaræ scribit. Taceo nunc priuatas mulcorum bibliothecas, quas omnes vel incendia temere extorta, vel bellici tumultus & militum furor, vel alia calamitates vastarunt. Cum ergo inter hæc pericula libri sacri nobis seruati sint, quos multi perditos volebant, quis non potentem Dei manum agnoscat, qui hos ut sua voluntatis testes atque interpretes extare voluit? Accedit his omnibus Christi testimonium, qui ut Moses & prophetarum auctoritate frequenter vitatur, ita post suam resurrectionem quoque, ex scripturis concionatur, & in illarum cognitione suos discipulos instituit.

Deinde argumentum totius scripturæ hæc indicatur, quod est vita eterna, vel potius vera huius consequenda ratio. Etsi enim Iudeis dicat Christus: Vos videmini vobis in illis vitam eternam habere, non tamen negat, vitam scripturis contineri, sed superstiosam et ineptam illorum confidentiam reprehendit, quia vitam eternam et salutis meritum in perfunctoria scripturarum lectione constituebant: quem admodum Monachi & multi etiam ex pseudoangelicis hodie faciunt, qui cum scripturas nunquam non in ore habeant, & Psalmos quotidie decantent, Christum tamen & vitam Christianæ officia, que hisce libris traduntur, secum negligunt. Interim rectè & verè dicitur, in scripturis vitam eternam contineri. Nec enim alia ob causam Deus verbum suum scriptis comprehendere voluit, quam ut ex eo vitam et salutis consequenda ratione discamus. Et quia totius scripturæ scopum esse diximus Christi, qui nobis verus & verus vita auctor est, in eadem vitam quoque contineri negare non possumus. Quot quot ergo scripturas contemunt et odiose proscribunt, hi et Deum ipsum atroci iniuria afficiunt, et vitam seipsos spoliant: quia hæc nunquam obtinebunt, qui ab ipso Deo traditam illius inueniendæ rationem nolunt amplecti.

Præterea ut in scripturis versari debeamus, Christus nos admonet. Vbi imprimis meminisse oportet, non sufficere, si libros sacros habeamus, eosdem splendide ornemus, superstiosè veneremur (quod scripturis uersari debemus) aut etiam legamus, & que illis continentur publicè recitemus; sed scribatur oportet que in illis latent mysteria. Nam ut in agris defossos thesauros nunquam obtinebi-

Scripturæ sacre commendatio.

Argumentum totius scripturæ.

Quomodo in scripturis uersari debeamus.

mus, nisi illi effodiantur: ita Domini ager fossione opus habet, & diligenti studio, quo salutis thesaurum in lucem evamur. Fiet hoc, si cum verbis res quoque ipsas consideremus. & quae olim dicta sunt facta sunt, ad nostra tempora transferamus, ut nostra institutioni atque consolationi serviant. Quia autem in omnibus scripturis Christus predicatur, hunc ubique inquirere, huius mysteria passim scrutari, in hunc unum omnia referre convenit: & sic luce clariora nobis fient, quae prius obscura & intricabilia videbantur. Sed quia de hoc nuper quoque diximus, haec in praesenti annotasse sufficiat.

Iudeorum contumaciam corripit.

Transseamus nunc ad translationis huius epilogum, quo Iudeorum voluntariam caecitatem & contumaciam Christus graviter accusat & reprehendit. Propositio & summa correptionis est: Non vultis venire ad me, ut vitam habeatis. Ad Christum venire est, saltem in ipso propositam aeterni desiderii affectare & fide vera amplecti. Sic enim ipse locutionem istam exponit Cap. sequenti, quando ait: Qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet. Diserte vero ait: Non vultis venire, & c. ut crassam ignorantiam & voluntariam rebellionem denotet. Simul vero, quid ex ea secuturum sit docet, Nimirum ut nec vitam consequantur. Hinc autem generalis doctrina inferri debet. Vita expectes fore omnes eos, qui ad Christum accedere nolunt, ut ipsum fide vera apprehendant. Quia enim in hoc uno vita nobis exhibetur, impossibile est, ut hac fruamur quillum saluti diunt. Obseruent hoc, qui hodie in tanta evangelij luce, Christo ipsos vocante ad se, ipsi ad invicem diuorum cultus & superstitiones deflectunt: neque eo contenti sunt, sed insuper Christum in evangelio in ipsis loquentem hostiliter persequuntur, & in membris suis crudeliter trucidant. Gloriantur illi in pietatis & ardenti salutis studio. At qui iidem Iudei quoque gloriabantur, quibus tamen ipse salutis Christus negat, eò quòd ad ipsum venire nollent.

Ambitionis cultum declinat.

Ceterum ne privata gloria studio haec tam constanter urgere videretur, praecipua occupatio superstitionem istam ab se remouet. Gloriam (inquit) ab hominibus non accipio. Sed noui vos, quòd dilectionem Dei non habeatis in vobis. Sensus verborum hic est: Non ea est mea fors sine condicio, ut hominum iudicio atque suffragijs mihi ad mea causa defensionem opus sit. Nam vult illi de me iudicent, nihil tamen mea gloria derogare poterunt. Quod autem haec tanto studio apud vos ago, propria rea sit, quòd vos his opus habere intelligo. Noui enim vos, quòd Dei dilectionem non habeatis in vobis. Egregie quidem simulatis zelum Dei, & propugnatores gloriae Dei videri vultis. Sed hoc nostrum studium omne vanum est & hypocriticum. Quia enim Dei amore non ardetis, nullus enim vera pietatis sensus vobis inest, sed sub plausibili cultus diuini praetextu rem priuatae & propriae gloriam quaeritis. Et haec causa est, quòd nec mihi credere potestis, nec salutis & vitae confortum ferri. Id vero ipse postea adhuc pluribus exponet. At quòd istis dicit Christus, non minus hodie nostrum aduersarijs potest dici. Praetexunt quidem suis consilijs & actionibus zelum diuinae gloriae, & per omnia in eum finem facere clamant, ut & illa propagetur, & publica omnium salutis consulatur. Sed non fallent Christi oculos, qui ut istorum dolos vidit, ita ipsos quoque amore Dei vacuos esse nouit, & olim digna factis ipsorum praemia rependet. Quin cordatus quisque non obscure videt, quo modo aut spiritu isti homines agantur. Si enim Dei dilectione ardenti, cur huius gloriam in creaturas, & quidem in homines impurissimos transferri patiuntur, qui peccatorum remissionem in sua peccate esse contendunt, & eandem pretio vendunt, imò reges quoque ad pedum suorum oscula immittunt. Si Christi gloria tanguntur, cur illius merito derogant? cur quae ille sanguinis sui pretio acquirit, illi frigidissimis ceremonijs & nostrorum operum meritis accepta ferunt? Si publica salutis causa ipsos sollicitos habet, cur doctrinam salutis non audiunt? cur obstant, quo minus illa praedicetur? cur humanas traditiones tam pertinaciter defendunt, quibus se nequaquam coli Deus testatur? Vides ergo hypocritas esse, imò manifestos Dei hostes esse, qui hodie religionis Christianae propugnatores haberi & dici volunt. Inuerm contra illorum furor & corrupta iudicia nos consolatur, quòd Christi Iesu & salutis nostra causa non ab hominum iudicio pendet, sed aeterno Dei decreto constituitur: de quo cum ex scripturis certi reddamur, non est quòd hominum istorum sermones vultus & astutem. Quia verò impietatis omnis origo est, si Dei dilectionem animis nostris eijcimus, prima nobis cura sit, ut illius ardor in cordibus nostris accendatur. Vbi multum proderit, si neque probe examinemus, & cum nostra corruptione conferamus infinita Dei beneficia, quae cum aliorum maxime in filio suo nobis praestitit. Nam qui ista non oscitanter expendit, ferreus sit operum suorum

si non toto animo sese commoveri sentiat. Addamus considerationi huic preces ardentes ad Deum, & mox suo spiritu nos donabit, qui vera Christi Iesu cognitione & fide illuminatos celestis regni desiderio accendet. quod ille nobis suo merito acquisivit, cui debetur benedictio, honor, gloria & postestas in æternum. Amen.

HOMILIA XLIIII.

Ego ueni in nomine patris mei, & non recipitis me. Si alius uenerit nomine suo, illum recipietis. Quomodo uos potestis credere, qui gloriam alij ab alijs accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est, non queritis? Ne putetis quod ego accusaturus sim uos apud patrem. Est qui uos accuset, Moses, in quo uos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis etiam mihi: de me enim ille scripsit. Si uero illius scriptis non creditis, quomodo meis uerbis credetis?

Postquam Dominus noster Iesus Christus causam suam aduersus Iudeos argumentis simul, & testimonijs idoneis defendit, quibus demonstrauit, se verum esse Dei filium & unicum humanæ salutis auctorem: tandem postrema huius tractationis parte aduersarios suos grauiter increpat, & pœnam ipsi minatur, quas de illis sumpturus sit Deus, eò quod ipsum improbe assernerent. Quo exemplo admonemur, non sufficere, si ueritatis doctrina simpliciter proponatur, aut etiam rationibus certis confirmetur, sed simul argui & publicè accusari oportere hostium malitiam, ut uel ipsi terrentur, uel saltem alij intelligant, exemplo ipsorum neminem debere offendi. Quo ad uerò statum accusationis, in eo uersatur Christus, ut aduersarios suos à fide & dilectione Dei alienos, & proinde ad uitæ celestis hereditatem nunquam uenturos esse euincat. Erat hoc auditu graue & intolerabile ijs, qui in selecto Dei populo primatu gloriabantur. Ideò dictum hoc suum modo rationibus solidissimis confirmat. Deinde nimia confidentia elatis pœnam sic denunciat, ut illis omnem impunitatis spem eripiat. Est autem locus hic consideratu dignissimus: quia notas habet, ex quibus etiam hodie uerè pios ab hypocritis possumus dignoscere, & plurimum seruit confutandis aduersarijs nostris, qui ex patrum & Diuorum cœlicum patrocinio impunitatis spem non minus confidenter conceperunt.

Prima pars duobus argumentis constat, quibus docet ipsos neque fidem habere, neque Dei dilectione tangi. Priorem comparatione uertit, ut sceleris magnitudinem magis amplifcet. Dicit enim: Ego ueni in nomine patris mei, & non recipitis me: Si alius uenerit in nomine suo, illum recipietis. Nominis patris Dei ueniunt, qui ab illo mittuntur, & commissi sibi Dei negotia fide bona agunt. Suo autem nomine ueniunt, qui affectu prauo excitati sua sponte currunt, & priuatis modò commodis student. Argumentum est eiusmodi: Quicumq; Dei dilectionem habent, iij à Deo missos ueritatis præcones & gloriæ Dei studiosos agnoscunt & recipiunt, detestantur autem omnes, quos cumq; sub hoc prætextu sua querere animaduertunt: Vos autem me, qui à Deo missus in mundum ueni, qui missionis meæ testimonia habeo luculenta, qui denique mea omnia ad solius Dei gloriam dirigo, & hunc unum doceo, non recipitis: recipietis autem impostores, qui ut suo honori & quaestui consulant, uos in manibus figmentis decipiunt. Ergo dilectione Dei vacui estis, ut ut illa gloriemini. Verè autem hoc à Christo prædictum fuisse, historie luculenter docent. Fuit enim hoc proprium Iudeorum genti, quod cum legis cognitione gloriarentur, quosuis tamen impostores admiserint semper, qui illos in manibus & noxijs figmentis seduxerunt. Nam olim, cum prophetas plurimos daret Deus, pseudopphetas tamen potius quam illos audire solebant. Et ad præsentis loci expositionem pertinent, quæ de Egyptio impostore Iosephus tradidit, de Theoda item & Iuda Galilæo, & reliquis seditio num auctoribus. Et certò constat, post mortem & ascensionem Christi nunquam defuisse aliquos, qui populum uanis promissionibus & fraudulentis consilijs ad res nouas sollicitarent: quæ causa fuit, quod Romani missi exercitum terram Iudææ omnem vastarunt, urbem exciderunt, & gentem Iudeorum per omnes populos fædè dissiparunt. Nec tamen eo excidio prudentiores facti, postea Barcochabam receperunt, qui regnante Adriano se Messiam esse profitebatur: qui quantum mali illis

Probat Iudeos à dilectione Dei alienos esse.



dederit, in Zacharia nostro & alibi quoque diximus. Quò etiam referri debent, quæ Moses Creten-  
sis fecit sub Theodosio, cuius præstigijs ad eò dementari fuerunt Iudæi, ut ex altis rupibus desinen-  
tes in mare, se in Iudæam absq; nauibus tranare posse sibi pollicerentur. Taceo nunc Rabbina, qui  
vanissimis & superstitiosis traditionibus miseris in hunc usq; diem circumducunt. Verissime ergo  
ista pronunciauit Christus, qui simul in genere docet, hoc animi impij & à Deo alienissimi certis  
iudicijs esse, si qui relicto expresso Dei verbo, quorumuis somnijs & manibus promissis sese decipi pa-  
tiantur. Vt enim matrona pudica & amore coniugali flagrans nullius blanditijs & promissis cedit,  
quantumuis splendidis: ita qui castum & verum Dei amorem animo suo conceperunt, nullius de-  
strinam admittunt, qui ipsos à Deo & vnico mediatore Iesu Christo abducere conatur.

Quomodo veri  
doctores à fal-  
sis dignoscantur?

Cæterum hic primò obseruanda veniunt notæ, quibus veri doctores à falsis dignosci possunt.  
Hic ante omnia missionem videre oportet: quia teste Apostolo, nulli legitime prædicabunt, nisi missi  
fuerint: & apud Ieremiam de quibusdam queritur Deus, quòd ipso non mittente eos ipsi eucur-  
runt. Deinde quò tendant obseruandum est, & quem sui ministerij finem sibi proposuerint. Quia  
nim iam Deo per Christum suos sectatores adducunt, solius Dei gloriam pro virili prouebunt, nec  
de sua aliter solliciti sunt, quàm cum Dei gloria exigit, ut sua auctoritas ipsis salua maneat, hi pro  
veris & orthodoxis agnosci merentur. At qui nõ expectata uocatione legitima, vel temeraria pre-  
sumptione munus hoc capessunt, vel malis artibus sese intrudunt, in eo autem constituti sibi ipsi disci-  
pulos faciunt, & quæ solius Dei sunt sibi ipsi arroganti, hi se ipsos gloriant & impostores sunt, quæ-  
cumque tandem titulo gloriantur. Sunt nota ista tam evidentes, ut cuius pateant, qui animi oculis  
vel minimum uolunt intendere. Quòd si verò ad hunc indicem examines eos, qui hodie in Papatu  
ecclesia antistites haberi uolunt, mox patebit, quales censi debeant. Quam enim missionem afferre  
possunt, qui sacerdotium ex suo cerebro excogitarunt, quòd nulla uerbi diuini auctoritate mirum?  
Quomodo Dei ministri dicentur, qui non illi adducunt, sed sibi ipsi discipulos faciunt? Aut num Dei  
gloriam eos querere putabis, qui Diuos inuocare, ligna & lapides colere docent, qui etiam sibi ipsi  
honores diuinos uendicant, & sub religionis prætextu regnum sibi constituunt, in quo regibus quos  
legitimis superbe dominantur?

Mundi necordia

At hic simul consideranda nobis uenit mundi infelicitis uerordia. Fatentur quidem omnes homi-  
nes, Deum solum bonum, imò summum bonum & omnis boni fontem esse. Interim tamen eos ad-  
runt, qui ad unum hunc ipsos remittunt, eos uerò amant & sectantur, qui aliò desistere & manna  
humanarum per suasionum somnia sequi docent. Cuius peruersitatis causa in carne nostra heret, quæ  
ut proprijs figmentis mirifice delectatur, ita Dei instituta spernit & odit, eò quòd illa uel non uult  
ligit, uel studijs suis prauis aduersari uidet. Sunt exempla omnium seculorum, quæ hoc natura  
stræ uitium antiquum, & tantum non incurabile esse docent. Paulus certe in posteriori ad Timotheum  
cap. 4. de nouissimo seculo uaticinans scribit: Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt,  
sed iuxta concupiscentias suas coaceruabunt sibi doctores, ij quibus pruriant aures, & à ueritate  
quidem aures auertent, ad fabulas uerò conuertentur. Quò minus nos hodie offendi oportet, si hodie  
etiam contemptis euangelicæ ueritatis doctoribus impostores in pretio esse uideamus. Stultum enim  
fuerit idè uel de euangelij doctrina dubitare, uel de ministrorum fide et industria aliquid iniquum  
suspitari. Nec enim ab hominum auctoritate pendet uerbi diuini ueritas: & quid aliud sibi polli-  
ceantur ministri homines, quando Dei filium ab illis reiectum uident, qui Messia promississimum  
quàm maxime gloriabantur?

Pœna eorū, qui  
impostores  
Christo præ-  
ferunt.

At quò minus offendamur, penam quoque obseruemus, quæ istos Deus multare solet, & quam  
Christus Iudæorum exemplo simul cõprehendit. Fit enim iusto iudicio, ut impostoribus præda fiat  
qui ueritatis & salutis doctrinam fastidiunt, & non modo fortunarum suarum, uerum etiam corporis  
ris & anime iacturam faciant. Minatur hoc disertè Deus Ezechiel. 14. cap. & exempla sunt pluri-  
ma, quæ huic cõminationi fidem faciant. Sensit hoc Dei iudicium Pharaõ, quando à Magis suis  
ductus est, cum Mosè & Aaronem, Dei ministros audire nollet. Et Saul, qui Samuelis ueritatis  
monita aspernabatur, defuncti manes sollicitare uoluit, & diabolo sub assumptione Samuelis speciosè  
ludificandum præbuit. Achab item, qui Nicheam importunum & morosum concionatore ad se pro-  
sequeretur, falsorum prophetarum dolis deceptus cum uita regnum amisit, & secum uia posterita  
cem suam

rem suam omnem perdidit. Nec melior fuit Zedechia fors, cui falsi prophetae excidij aut bores fuerunt, cum Ieremie sana consilia contemneret. Ne tamen intra Iudaici populi fines hoc Dei iudicium cessasse putemus, Christus quoque in euangelio de nouissimi seculi impostoribus nos admonet, & Paulus in secunda ad Thessalonicenses de Antichristo vaticinans, illum in eos imperium habiturum dicit, qui amorem veritatis non receperunt ut salui fierent. Ideo (inquit) mittet illis Deus efficaciter aeternam deceptionis ut credant mendacio, utque damnentur omnes, qui non crediderunt veritati. Quod quam vere praedixerit Apostolus, historia testatur. Primum enim cum in veteri ecclesia doctrina apostolica simplicitate sordere inciperet, agmina haereticorum excitauit Satan, qui non minus ineptis quam impijs delirij ecclesiae unitatem sciderunt, & multos in praesens exitium adduxerunt, sicuti in Montanorum sectatoribus, Arianis & Manicheis est videre. Deinde vero cum haec iniquitatis mysteria operantem Satanam plerique non obseruarent, paulatim magnus ille Antichristus ingressus est, qui prius & eiusque grauitas est, ut non aliqua in orbe terrarum familia reperitur, quae non illius tyrannidem atque rapacitatem senserit. Implentur sub huius regno hodie etiam, quaecumque hic ad Christum & ad apostolos fuerunt praedicta. Quia enim puriorem Christi doctrinam fastidiunt, quae in illo vno omnino non stratae nobis ad salutem sunt necessariae, ut putidus hominum aut superstitiosorum aut malitiosorum traditionibus per aetna multa circumducuntur, in quibus miserè pereunt; nec tamen illis gratias perire licet, nisi multa pecunia simul eos coducant, qui ipsi exitium afferunt. De quibus cum alijs prolixè dictum sit, ista modo sufficiant. Debet tamen hoc ipsum ad ea quoque extendi, quae ad reliqua vitae humanae officia faciunt. Videmus enim simili ratione accidere, ut qui parentibus obedire nolunt, in male frugis nebulones incidant, qui illis egestatis, infamiae & nonnunquam mortis etiam auctores sunt. Ita qui pijs magistratibus obsequium negant, tyrannis praeda fiunt. Similiter qui coniugibus honestè cohabitare & fidem coniugale seruare nolunt, scorta & scortatores sectantur, quorum illecebris inescati cum infamia pereunt. Adde his eos, qui exules Christi à suis urbibus excludant, quas postea immantissimis hostibus aperire coguntur. Eos itè, qui dum liberos suos Christo consecrare nolunt, illos postea Bachi, Venenis, Martis, imò Satanae mancipia esse vident. Nec multum diuersa illorum fors est, qui opes suas exteris & barbaris militibus, aut ganeonibus coguntur relinquere, quas Christo in pauperibus suis postulanti negarunt.

Sed alteram quoque rationem videamus, qua aduersarios suos à Dei dilectione alienos esse ostendit. Hanc ita proponit, ut in ipsos animi recessus penetreret, & latentem in illis corruptionem arguat. Dicit enim: Quomodo vos potestis credere, qui gloriam alij ab alijs accipitis, & gloriam, quae à solo Deo est, non queritis? Ita verò non modo fide vacuos esse docet, quae dilectionis Dei & omnium aliarum virtutum mater est, sed simul tales esse innuit, ut fides apud eos non possit locum habere aliter & diuinam negligunt, ut fidem habere non possunt. Nos humanae gloriae studiosi, gloriam Dei negligitis. Ergo fidem non potestis habere, qua me amplectamini. Maior in eo fundatur, quod nisi homo sui ipsius cognitione humiliatus se dei gratia opus habere intelligat, ad Christum non accedet, qui nobis ad aeternam gratiam viam patefecit. Quia enim suarum virium fiducia fretus se sibi ipsi sufficere arbitrat, suam quoque iustitiam coram Deo superbè ostentat, neque de ea apprehendenda sollicitus est, quam ille nobis in filio suo ex gratia offert. Accedit his, quod iidem Deum non probè norunt, et proinde non multum curant quales coram illo censeantur, imò illum perinde ut homines fuco externo delinri & falli posse arbitrantur. Itaque sit ut hypocrisis semper coniuncta sit ambitio, et qui hisce moribus laborant, omnia sua in eum finem instituant, ut hominum iudicio sancti & praecleari habeantur. Quod ubi se affectuos putant, mox homines quoque omnes praese se contemnunt, & immani confidentia supra nubes elati, preces suas & suorum operum merita alijs diuiderè, vel potius venditare audent. Praeterea, ut hypocrisis acquisitum regnum tueantur, se inuicem honoribus magnificè praeueniunt, & ut mutuum multi scabunt, ita illi titulis ambitiosis se mutuo inebriant, sicque rudem populum inani splendore in sui admirationem maiorem abducunt. Sunt ergo verè ex superbiorum numero, quibus Deum ipsum aduersari Petrus testatur, & proinde fides apud illos locum non habet, quae donum Dei est gratiarum. At qui tales fuisse, quibus Christus hoc loco loquitur, facile docent, quae alibi de am-

Iudei non possunt credere Christo.

bivioso illorum vestiti, de superbis Rabinorum titulis, de precibus item, ieiunijs & elemosinis ad ostentationem compositis, item de sacrorum nundinatione dicuntur. Restat ergo ista de illis Christus pronunciat, & haec dicendo larvam ipsis detrahbit, ut ab omnibus agnoscantur, qui sese illorum artibus haecenus passi fuerant circunduci: & quid cum horum similibus agi debeat, suo exemplo docet.

Cur hodie fides  
rara sit?

Nos vero ista ad nostrorum temporum mores transferamus, ut hinc appareat, cur hodie in tantum evangelij luce fides in Christum rara sit, & ita minus offendamur, quando plerique aduersus euangelij doctrinam hostiliter insurgunt, vel saltem illam insolenter nimis contemnunt, qui auctoritate & potentia reliquis sunt praestantiores. Nam haec vna causa hodie etiam illos remorat, quod gloria huiusmodi studio fascinati caelestem atq; diuinam negligunt. Sunt enim duo fere hominum genera, & in utroque ambitionis malum dominatur. Alterum eorum est, qui aliquo religionis studio tenentur, & ad caelestem felicitatem non ficto conatu aspirant. Et hi quidem licet facile omnia contemnunt, quae huius mundi iudicio magnifica putantur, insolenti tamen ambitione coram Deo efferuntur, dum sui arbitrij libertatem, vires proprias, operum item suorum meritum iactitant, & illis fiducia plane praerisa nituntur. Itaque, ijdem Christum fide vera amplecti non possunt, imò eius doctrinam odio implacabili persequuntur, eo quod illam bonis operibus inimicam esse putent. Alterum prophanos habet, qui etsi religionis studium proficantur, ab illo tamen sunt alienissimi, & horum numerus vbiq; longe maximus. Hi priuatis commodis intenti, Dei amorem habere non possunt, & multo minus in fide, quem suis studijs tam aperte aduersari vident. Patebit hoc euidentius, si singulos ex ordine inspicias. Et ut ab illis exordiamur, qui in ecclesia primatum sibi vendicant, quis non videri illorum ambitionis aestro totos exagitari, cum titulos illorum audiat, in quibus Reuerendissimi, Sanctissimi, imò Sanctitas ipsa dici volunt? Quis enim apostolorum vnquam talis dici voluit? Sed tolerari potest histronum illorum ineptia, nisi diuinis quoque honores sibi palam vendicarent, dum se Christi vicarios dicunt, & penes se auctoritatem esse aiunt, qua hominum peccata remittere, & quos vult caelo locare, aut ad inferos deijcere possint. Arguit illorum insolentiam atq; imposturas lux euangelica, neq; illi negare possunt quae omnibus nota sunt: sed nequicquam arguuntur. Quia enim nolunt videri errasse, quia è gradu suo deijci, infames fieri & ad inopiam redigi nolunt, agnita etiam vilitate aduersantur, & proinde credere non possunt. Sequuntur hos proximo gradu Reges & principes, qui cum aut ditaciones suas dilatare, aut immodico fastu suae potentiae splendorem ostentare soleant, vel toti voluptatibus immersi sint, religionis causam nihil ad se pertinere putant, & ex eo precipuam laudem venantur, si omnes de doctrina & fide controuersias ad episcopos personatos remittant, & illos pro suo arbitrio in quosuis grassari patiantur. Quod si quis illos liberius arguat, & suam admo neat officij, mox laese maiestatis accusatur, proscribitur, necatur, & reliquis dicendi lege praescribuntur, ne docendi libertas regiam maiestatem & principis celsitudinem in periculum adducat. Interim ijdem nunquam cogitant, quomodo sese Deo approbent, & illius gloriam vel falsis superstationum traditionibus, vel publica morum licentia obruta afferant atq; tueantur. Non possunt ergo hi quoque fidei donum accipere, cuius dignitatem & virtutem non intelligunt, neq; etiam intelligere volunt. Eadem est ratio diuitum & aliorum, qui generis nobilitate gloriantur. Accedit tamen illis alia etiam remora. Quia enim filios suos sacerdotijs ditare, & ex illis alios quidem cathedralium ecclesiarum Canonicos, alios Abbates, alios episcopos facere consueuerunt, ut reliqui nobilitatis gradum sustinere & tueri possint, indignissime ferunt, hunc quaestui illis eripi, quo haecenus familiarum nobilissimarum splendor esse conseruatus. Et quia hunc gloriae Dei longe praeserunt, satius esse dicunt, omnes homines superstitiosis cultibus circunduci, quam posteros suos ob reddituum inopiam in plebeiorum ordinem redigi. Quod si vulgus spectes, easdem remoras illic quoque videbis, dum alij quosdam, quem ex monasterijs & sacrificulis habuerunt, veritati praeserunt: alij magistratus sui famorem amittere nolunt, alij de existimatione sui nominis retinenda cogitant, plerique vero correctionem odium, & cum toti studijs corruptissimis sint addicti, Christiani tamen dici volunt, & ne ipsorum pietas prodatur, euangelij lucem extinguere conantur. Adde his crucem, infamiam, exilia, mercedem inominosam, quae fere Christi cultoribus imminet: & quia haec carni inolerabilia videntur, Christum potius carere, quam de honore suo simul & vita periclitari volunt. Haec (inquam) mundi reuerentia sunt, quae cum nemo cordatus negare possit, cur mirum nobis videbitur, fidem in terris rare esse.

Quin potius Dei bonitatem admiremur, qui in tanta corruptione aliquos ad se vocat, quos salutari illa luce illuminat, ut in Christo salutem consequantur.

Quid ergo faciemus o fratres? Primum priores illi seipfos agnoscant, & cum sua corruptione Dei iustitiam conferant, & mox pharisaicam illam & superbam suorum operum fiduciam concidere sentiant. Ista enim cognitione humiliati cogentur cum Dauide & Paulo dicere: Noui quod non habet in me, hoc est in carne mea, bonum. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ne ingrediarius o Deus cum seruo tuo in iudicium, sed miserere mei secundum multitudinem miserationum tuarum. Ita vero simul cogentur ad Christum venire, ut huc per fidem apprehendant, qui nobis conditio, que in hoc mundo magna videntur. Fluxe sunt opes, incerte & noxie sunt carnis voluptates, gloria autem huius seculi a vulgi iudicio & aura populari dependet, qua nihil leuius & inconstantius excogitari potest. At que Christus nobis parauit bona, firma, perpetua & eterna sunt. In illo habemus thesaurus illos pretiosissimos, quos neque timee corrumpunt, neque fures diripiunt. Idem gaudia illa nobis acquisiuit ineffabilia, que nec oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascenderit. Idem nos Dei filios & coheredes suos fecit, imo reges & sacerdotes fecit, que gloria omnium huius mundi dignitate tantum superat, quam o celi terra superiores sunt, & quantum temporaria aternis prestantiora habentur. Neque ista nobis mundus hic suis iniquis sententijs eripiet, quibus nos proferibit, damnat, occidit. Colliguntur enim inuito illo anime nostre ad caelestem patriam, & olim immortalitatis premia rependant, hostibus vero suis dignas impietatis penas retribuatur. Hec si diligenter omnes expendant, mox inanes illos ambitionis spiritus in animis suis extingui sequi ad Christum vera fide amplectendum mirifice excitari sentient.

incredulitatis remedium.

Ceterum ut ad Christi verba redeamus, hac ipsum dicentem illi contemnebant, eo quod non magis facere possent eum, in quo nihil homine maius agnoscebant, & quem in propria causa nimis insolenter actorem simul & iudicem esse arbitrabantur. Deinde improbitatis spem ex eo concipiebant, quod Moses discipuli essent, quo ipsos precipue gloriosos esse infra Cap. 9. in cecinati historia videbitur. Quapropter tractationem hanc grauissima comminatione concludit, qua & suam dignitatem rursus esserit, & confidentibus illis omnem impunitatis spem auferit. Ne putetis (inquit) quod ego accusator sim vos apud patrem: Est qui vos accuset, Moses, in quo vos speratis, &c. Quasi diceret. Scio quid de me cogitetis, & que fiducia vos dementet. Sed multum fallimini hac vestra persuasione. Tam enim absque, ut Mossem habituri sitis patronum, ut potius hic aduersarius vester futurus sit, qui apud Dei tribunal vos accuset, & impietatis reos agat. Vbi nemo actionem forensam imaginabitur, quales in hoc seculo habentur, sed de tota Lege & Mosse doctrina loquitur, que ipsos coram Deo conuincat, & hinc illos iusta condemnationis testimonia & argumenta audituros dicit, unde sibipsis salutem polliceantur. Vis argumenti in eo est, quod nec Mosse credant, in quo spem precipuam salutis collocant. Id vero mox confirmat, quando addit: Si enim credidissetis Mosse, crederetis etiam mihi: de me enim ille scripsit. Argumentum tale est: Qui Mosse credunt, eum redemptorem agnoscunt, cui ille testimonium perhibuit. Id vero vos non facitis. Ergo nec Mosse creditis, & falso gloriamini vos illius esse discipulos. De maiori nulla poterat esse controuersia, eo quod communi sensu nescitur. Minorem ergo probat adiecta particula, qua Mossem de se scripsisse ait, quem tamen ipsi improbe contemnant & hostiliter persequantur. Vere autem hoc a Christo dici, nuper ostendimus, et facile hoc omnibus patebit, qui Mosse scripta non oscitanter legerint. Vt enim primo libro promissiones de Messia patribus datas describit, ita postea ad hunc vnum suos auditores remittit, & illos spe salutis in gratuito federe Dei collocare docet, cuius mediator est Iesus Christus, benedictum illud Abrahami semen. Facit autem locus hic multum ad commendationem fidei & doctrina Christiana. Est enim Mosse scriptorum omnium, qui extant, vetustissimus, quod nemo in historiatarum cognitione & bonis literis mediocriter versatus negauerit. Cum ergo ille de Christo scripserit, doctrinam quoque de Christo & fidem Christianam omnium vetustissimam esse oportet.

Mosse fiduciam conuincit.

At quia multos offendebat, quod sacerdotes & scribas, legis peritiam claros & insignes, Christo aduersari viderent, secundum hoc remouet, dicens: Si vero Mosse scriptis non creditis, quomodo meo

Secundum alium sacerdotum incredulitate enascens remouet.

verbis credetis? Vbi non putabimus Moſem Chriſto maiorem & fide digniorem eſſe, ſed ex illorum exiſtimatione loquitur, qua Moſem omnibus longè præferabant. Senſus ergo eſt: Si Moſes apud vos non inuenit fidem, quo legiſtatore & doctore gloria mini, quid de me fiat, quem aperire proſecutus? Deinde cum ſcriptos Moſis libros adeò oſcitanter legatis, vt luculenta qua illic de me habentur teſtimonia huc uſq; non deprehenderitis, quid mirū fuerit, ſi mea verba, qua cum ſono aures ueſtras prætereunt, minus ponderis apud vos habeant? Seruit autem totus iſte locus egregie aduerſus noſtri ſæculi hypocritas, qui papifticas ſuperſtitioſas tumentur. Legunt & canunt illi in templis ſcripturas, patres & Concilia tonant, Diuorū patrociniū & interceſſione confidunt, adhæc rudi populo rariſſimus orbis Chriſtiani conſenſum & longi temporis præſcriptionem ſubinde inculcant. Atqui omnia iſta aduerſus illos faciunt. Omnes enim ſcripturæ vni Chriſto teſtimoniū ferunt, & in illo vno quæ vere docent quæcunq; ad ſalutem nobis neceſſaria ſunt. Diuos item cæles omnes in fide Ieſu Chriſti obijſſe conſtat, quam pleriq; ſanguine ſuo confirmarunt. Concilia verò vetera, quæ ſcripturæ teſtimonijs & Chriſtianorum Imperatorum autoritate confirmata ſunt, non aliam ſalutis rationem tradunt, quàm quæ vno Chriſto cõrinerentur. At tamen hanc aduerſarij noſtri oppugnant. Non ergo opus fuerit, vt per nos accuſentur: Habent enim accuſatores ſuos ipſam Mariam virginem, apoſtolos, martyres & patres orthodoxos, quorum memoriam ſuperſtitioſe colunt, & quorum meritis confidunt. Fruſtra item illi ipſi nos in Concilia ſua citant, cum tam exigua apud illos ſit veterū Conciliorum autoritas. Neq; mirum cuiquā videri debet, ſi nobis impudenter ogganniant, cum illorum doctrinam & fidem hæreſeos damnent, quos innocant, & quibus interceſſoribus ſe ſaluos fore ſperant. At diſcant ſimul Iudæorum exemplo, fruſtra ipſos ſcripturæ & ſanctorum cælium nominibus gloriari, niſi Chriſtum apprehendant, quem illi nobis tradiderunt. Ita verò diſputacionem hanc conciliat Ieſus Chriſtus, qua & factum ſuum excuſauit, & ſuam deitatem aſſeruit. Nobis omnium iſtorum finis & uſus ſit, vt in illo vno collocemus omnem noſtræ ſalutis fiduciam, & eidem ſeruiamus in innocentiã vitæ & charitate non fucata. Illi debetur benedictio, honor, gloria & poteſtas in æternum, Amen.

## CAPVT VI.

## HOMILIA XLV.

POſt hæc abiit Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis. Et ſequēbatur eum turba multa, quia uidebant eius ſigna, quæ edebat in ægrotantibus. Subijt uerò in montem Ieſus, & ibi ſedit cum diſcipulis ſuis. Propè autem erat Paſcha, feſtum Iudæorum. Cum ergo iſtuliſſet oculos Ieſus. & uidiſſet quòd multa turba ueniret ad ſe, dicit Philippo: Vnde ememus panes, ut iſti comedant? (hoc autè dicebat, tentans eum; ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus.) Reſpõdit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, ut ſinguli eorum puſillum quiddã accipiant. Dicit illi unus ex diſcipulis eius. Andreas frater Simonis Petri: Eſt puer quidam hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſciculos: ſed hæc quid ſunt inter tam multos?

Argumentum  
ſexti Capituli.

**E**XPOSUIT in Cap. præcedenti euangelifta diſputacionem Ieſu Chriſti cum Iudæis, qua ſe verum & æternum Dei filium eſſe demonſtrauit, cui pater omnem uitæ & mortis poteſtatem atq; omne iudicium tradiderit. His commode noua diſputatio hoc ſexti Capituli ſubiicitur, qua de ratione ſalutis in ipſo acquirendæ diſſerit, docens nimirum, non modo quis ipſe ſit, & quid in illo nobis dederit pater: verum etiam quid nos facere conueniat, vt ſalutem quam ipſe nobis acquiſiuit, conſortes efficiamur. Præmittit autem pro ſuo more hiſtoriam de quinque panibus hordeaceis, qua huic tractationi occaſionẽ præbuit, & quæ ſimul multa continet, quæ